UMER

ANT

REG

ERO

A

ÚMERATIO
PLANTARUM
)RTI REGII BOTANICI
BEROLINENSIS
ALTERA.

AUCTORE

DR. H. F. LINK,

DICINAE PROFESSORE P. O. IN UNIVERSITATE BEROLI-
NSI, HORTI DIRECTORE, ACAD. REG. SCIENT. BEROL.
NEC NON ALIARUM SOCIET. LITERAR. SODALI.

PARS I.

BEROLINI,
APUD G. REIMER.
MDCCCXXI.

PRAEFATIO.

Plantarum, quae in Horto Regio Botanico Berolinensi anno 1808 vigebant, enumerationem dedit Willdenowius, Vir inter Rei Herbariae sui temporis peritos celeberrimus, olim Horti, ut vocant, *Director*. Non solum nomina plantarum indicavit, sed quoque diagnoses addidit, partim ex ipsius opere, Editione scilicet Specierum Plantarum Linnaei, desumtas, partim auctas et emendatas, ut foret tironi liber idoneus. Novas species ampliore descriptione illustravit. A classe Monandria ad finem classis Decandriae usque, si bene computum institui, species 2528 enumeravit. Post mortem auctoris, anno demum 1813, apparuit Supplementum Enumerationis e schedulis viri defuncti editum, nomina plantarum tantum continens, paucissimis adjectis novarum specierum descriptionibus. Ad finem usque Decandriae, 563 species numero supra indicato additae sunt, ita ut numerus specierum ex hisce classibus cultarum anno 1812, cum Willdenowius vita excederet, 3091 fuerit.

Quod vero supplementum non paucis nominibus dubiis et antea inauditis refertum erat. Quaedam in horto occurrebant plantae hisce nominibus designatae, sat distinctae et facile determinandae, sed aliae in horto non colebantur. Ad herbarium itaque Willdenowianum confugiendum erat Regis munificentia comparatum et publico usui destinatum. Multa dubia hinc soluta sunt, multa supersunt, quia plantarum specimina in herbario alias ditissimo non aderant, nunquam itaque extricanda.

Numerus plantarum in hoc opusculo recensitarum, computatis erroribus typographicis, nam dificile fuit in libro impresso seriem numerorum absque mendis continuare, est 5545. Auctus est itaque hortus noster post mortem Willdenowii speciebus plantarum ad classes decem priores Systematis Linnaeani referendis 1454. Sed multae aliae adsunt plantae aut capenses, aut brasilienses nullis nominibus insignitae, quae nondum floruere et quas hanc ob causam nominibus rite distinguere non licuit. Adsunt non paucae aliae dubiis designatae nominibus, ob floris defectum, aut herbam non satis evolutam et perfectam, minime determinandae. Ericarum seriem e. g. adjeci, quas nominibus novis accepimus, at floribus non visis nolui numeris distinguere.

Id enim mihi maxime curae cordique fuit, ut species accurate distinctas tantummodo recenserem. Specimina in horto aut ab Inspectore

horti aut a me ipso exsiccata, et erant plurima, cum speciminibus in Herbario Willdenowiano comparavi, non absque ea epicrisi, qua decet aliis frui laboribus. Tum ad plantas in horto vigentes memet conversus sum easque denuo, quantum fieri poterat, consului. Tandem omnes species recensitas cum Inspectore horti, Otto, viro strenuo, plantarum cultore atque indagatore felicissimo perlustravi ut indicaret omissas et atro carbone notaret dubias. Nominibus adjeci observatiunculas haud paucas, non inutiles spero hortorum Directoribus et Inspectoribus, qui notis paucis cito dignoscendis species affines distinguere volunt. Nullas itaque addidi speciebus vulgatis, sat cognitis, facile separandis. Inter hujusmodi notas eminent sane a dimensionibus partium petitae, a Botanicis male neglectae. Significat in his e. g. 1' unciam seu pollicem transversum mensurae rhen. 1'' lineam ejusdem mensurae, 1' absque littera seu 1'' longitudinem, $\frac{2'}{1'}$ partem esse duas uncias longam, unam latam. Facile perspicient lectores, accurata dimensione non opus esse, quippe quae in varia et variabili corporum organicorum forma inveniri haud possit, sed ea tantum, qua magnitudinis schema generale animo exhibeas. Nec colorem floris neglexi, utilem saepissime ad species primo dignoscendas intuitu. Sunt tandem et species minime vulgatae, nec facile distinguendae, quibus nullas adjeci notas; fateor, quia aptas, quas consignarem non inveni, aut

omni dubio liberas. Novas, quae mihi visae sunt species, nondumque descriptas, descriptione illustravi. Sic catalogum quam maxime accuratum horti lectori tradere studui. Si errores commisi, ignoscat lector et pensitet ultra quater mille species in prioribus hisce decem classibus fuisse considerandas.

Synonyma pauca addidi; semper W. E. quod significat Willdenowi Enumerationem Horti botanici Berolinensis aut W. E. S. Willdenowi Enumerationis hujusce Supplementum. Dein W. Sp. Species plantarum Linnaei ex editione Willdenowii, nec non R. S. Roemeri et Schultesii Systema Vegetabilium amplissimum. Reliqua e paucis litteris conscriptis lector librorum botanicorum haud ignarus facile intelliget.

Nomina specifica antiqua, quantum fieri potuit retinui et restitui, rarissime mutare mihi permisi. Si species Linnaei a successoribus in alias erat distributa, nomen Linnaeanum non repeti, bene monente Hoppio et non bene renitente Willdenowio. Sic Myosotin palustrem vocavi nec scorpioidem, cum Myosotis scorpioides Linnaei et alias comprehendat species.

Generum distributionem lectores aequo animo accipiant. Eam quam animo concepi, in hoc opusculo nolui proponere, quae absque prolixo sermone nec explicari nec confirmari potuerit. Inter antiquam et novissimam distributionem me-

diam quandam elegi, at concedo non semper mediam esse viam tutissimam.

Ordines naturales cum Systemate artificiali, quod vocant, conjunxi, praeeunte Persoonio. At vir celeberrimus omnia genera ad suos non redegit ordines naturales nec certam et definitam eorum seriem admisit. Haec vero pernecessaria est, ut ex omnibus classibus et ordinibus Systematis artificialis genera ad ordines naturales facillimo negotio revocari possint, quo utrumque habeas systema et conjunctum et separandum.

Plantarum capensium semina quam plurima nobis misit Bergius, juvenis indefessus, praematuro *fato* proh dolor! in urbe Capstadt scientiae nobisque ereptus. Multa misit Sello, in regno Brasiliae strenuus plantarum indagator. Multa reportavit de Chamisso ex itinere circa orbem terrarum facto, nunc mihi in laboribus botanicis feliciter junctus. Habuimus et semina a Sereniss. Principe de Neu-Wied in Brasilia, nec non a celeb. Wormskioldo in itineribus collecta. Multa debemus Fischero Horti Gorenkensis ditissimi Directori, et non pauca Car. de Steven Botanico acutissimo, Tauriae incolae. Nimis longum esset omnes nominibus adducere Hortorum Directores, Inspectores, Professores, qui nobis et plantas et semina miserunt, quibus nos quoque remisimus, quae mitti poterant. Maximam vero copiam plantarum earumque rarissimarum nobis praebuerunt itinera ab Inspectore Otto in Angliam facta, unde

plantas, partim a cel. Aitono donatas, partim ex aliis hortis coemtas, vigentes reportavit. Primum iter susceptum est anno 1816 auspiciis Lib. Bar. de Schuckmann, viri Illustrissimi, Regis in Regni interiore statu administrando Ministro, qui Horto nostro optime favebat. Alterum susceptum est anno 1820 auspiciis Lib. Bar. de Stein ab Altenstein, Viri Illustrissimi, Regis in rebus, quae ad cultum divinum, rem litterariam et medicam pertinent, Ministro. Cui, non solum Horti nostri et Botanicorum Protectori, sed quoque Botanices Peritissimo

suaveis daedala tellus
Submittat flores.

Vale Lector, Horto nobisque fave

Berolini,
d. XVI. Martii
1821.

H. F. Link.

M O N A N D R I A.

M O N O G Y N I A.

I. *S C I T A M I N E A E.*

A. C A N N A C E A E.

Cal. triphyllus. Antherae loculus unilateralis. Stylus separatus.

1. C A N N A.

Linn. Roscoe. Roem. Schult. 1. *p.* 55.

1. C. VARIABILIS. *W. E.* 1. C. indica *Roem. Sch.* 1. *p.* 11. Folia sessilia ovata. Cor. pallide rubra.
2. C. RUBRA. *W. E.* 1. Folia sessilia ovata. Cor. coccinea.
3. C. COCCINEA. *Roscoe. R. S.* 1. *p.* 11. excl. syn. Willd. C. crocea *ibd.* C. indica *Botan. Mag. t.* 452, C. angustifolia *Hort.* Folia lanceolata. Cor. coccinea basi flava, labello luteo rubroque variegato. Statura humilior.
4. C. GIGANTEA. *Desfontain. R. S.* 1. *p.* 12. C. iridiflora *W. E. S.* 1. sec. herb. Folia subsessilia ovalia; flores paniculati. Cor. coccinea.
5. C. PATENS. *Aiton R. S.* 1. *p,* 12. C. chinensis *W. E.* 2. Folia petiolata ovata. Cor. coccinea.
6. C. RUBRICAULIS. *Hort. Breiter.* 68. Folia sessilia ovata subtus in vaginis nervisque ruberrima. Cor. rubra, limbus interior quadripartitus (cum labello). Hab. . . . . ♃. C.

7. C. LUTEA. *Roscoe. R. S.* 1. *p.* 12. *Bot. Mag. t.* 2085. Folia sessilia ovalia. Cor. lutea maculis coccineis, limbus interior tripartitus (c. lab.) Hab... ♃. C.

8. C. GLAUCA. *Roscoe R. S.* 1. *p.* 13. Folia sessilia lanceolata glauca. Cor. flava, limbus interior quadripartitus (c. lab.) laciniis strictis.

9. C. FLACCIDA. *Roscoe. R. S.* 1. *p.* 13. Folia praecedentis. Cor. praec. at laciniae flaccidae.

2. MARANTA. Linn.

Cor. limbus interior labiatus. *Filam.* lanceolatum incurvum. *Stylus* petaloideus incurvus. *Caps.* trilocularis baccata.

Caulis plerumque ramosus. Folia petiolata.

10. M. ARUNDINACEA *Linn. W. E.* 5. Germen glabriusculum. Cor. alba.

11. M. GIBBA, foliis oblongo-lanceolatis pubescentibus, pedunculis bifloris, germine hirsutissimo. Cor. alba. Hab. . . ♃. C. *Hort. angl.*

12. M. JACQUINI *Humboldt* M. lutea *Jacq. W. E.* 5. Cor. alba.

13. M. ZEBRINA. *Bot. Mag. t.* 1926. Acaulis. Folia ovalia subtus violaceo-striata. Spica compacta. Cor. violaceo-variegata. Habit. in Brasilia. ♃. C. *Hort. angl.*

3. THALIA. Linn.

Cor. limbus interior quadripartitus labiatus. *Filam.* filiforme. *Stylus* incurvus, stigma infundibiliforme, auctum membrana inflexa.

14. TH. DEALBATA *Fraser R. S.* 1. 559. Folia radicalia longissime petiolata, lamina oblonga apice revoluta. Scapus spathaeque pulvere albo. Hab. in Carolina meridionali. ♃. C. Expungatur Th. cannaeformis *Willd. En.* 6. quae Phrynium dichotomun Roxb. numquam in horto cultum.

B. ALPINIACEAE.

Cal. trilobus latere fissus. Stamen vaginans stylum. Anthera loculis separatis.

4. HEDYCHIUM.

Koenig. Roxb. R. S. 1. 555.

Inflorescentia caulina. Caules perennes.

15. H. CORONARIUM *Koenig. W. E.* 4. *R. S.* 1. 560. Folia hirta. Cor. alba odora, labellum cuneiforme bilobum. Hab. in Archipelago malayico.

16. H. COCCINEUM. H. angustifolium. *Jahrb. d. Gewächskunde. Hft.* 1. 184. Folia lanceolato-linearia margine hinc inde hirta. Cor. rubra, labello spatulato integro. Hab. in India orientali. ♃. C. Accepimus nomine H. angustifolii et coccinei, sed prioris icon *Bot. Mag. t.* 2078. apparuit, corollae forma et colore differens.

Nomine Phrynii spicati plantam colimus, quae apud nos non floruit, sed monente Jacquino Hedychium est.

5. KAEMPFERIA.

Linn. Roxb. R. S. 1. 556.

Folia radicalia. Inflorescentia radicalis.

17. K. ROTUNDA *Linn. W. E.* 5. *R. S.* 1. 568. Folia subtus rubro colorata erecta. Cor. alba.

18. K. UNDULATA. K. angustifolia *Jacq. W. E.* 5. nec Roxburghi, hinc nomen mutandum erat. Folia undulata subtus pallida. Cor. alba, labello fusco violaceo. Hab. . . . ♃. C.

19. K. PANDURATA. *Roxb. R. S.* 1. 569. Folia erecta petiolata lanceolata subtus concolora. Hab. in Sumatra. ♃. C. Nondum floruit.

20. K. LATIFOLIA. *Hornem. hafn. R. S.* 1. 13. K. Galanga. *W. E.* 5. Folia depressa subrotunda subtus vilis longis adpressis. Cor. alba punctis nigrescentibus.

6. CURCUMA.

Linn. Roxb. R. S. 1. 556.

Anthera aucta lacinia rotundata.

1. *Spicis lateralibus.*

21. C. SPECIOSA. *Hort. angl.* C. Zedoaria. *Rosc. Linn. Transact. XI.* 275. C. Zerumbet. *Roxb. R. S.* 1. 573. Folia petiolata late lanceolata litura media purpurea. Hab. in India orientali, Bengalia. ♃. C. Ad nominum confusionem evitandam nomen Hort. angl. retinui.

22. C. RUBRICAULIS. C. nr. 3. *Rosc. Linn. Tr. XI.* 275. *Jahrb. der Gewächskunde* 1. 2. 63. Folia petiolata oblonga vaginis extus rubris. Hab. in India orientali. ♃. C.

23. C. AROMATICA. C. nr. 4. *Rosc. Linn. Tr. XI.* 275. *Jahrb. der Gewächsk.* 1. 2. 63. Folia petiolata oblongo-lanceolata tota viridia subtus pilosa. Hab. in India orientali. ♃. C.

2. *Spicis centralibus.*

24. C. LONGA. *Linn. W. E.* 4. *R. S.* 1. 575. Folia petiolata late lanceolata tota viridia glabra.

7. AMOMUM.

Linn. Roxb. R *S.* 1. 556.

Inflorescentia radicalis. Caules biennes aut perennes.

25. A. AFZELII *Rosc. R. S.* 1. 29. A. exscaptum. *Sims Ann. of Bot.* 1. 548. Caulis simplex fusco ruber, flores radicales aggregati. H. in Sierra Leona. ♃. C.

8. ZINGIBER.

Roscoe. Roxb. R. S. 1. 556.

Inflorescentia radicalis. Caules annui.

26. Z. OFFICINALE *Rosc. R. S.* 1. 564. Amomum Zingiber *Linn. W. E.* 3. Folia ligula brevi. Bracteae coloratae. Cor. labium trilobum purpureo fusco flavoque variegatum.

27. Z. ZERUMBET *Rosc. R. S.* 1. 565. Amomum Zerumbet. *Linn. W. E.* 5. A. sylvestre *Lam. Ill. t.* 2. *f.* 3. Folia glabra ligula elongata. Bracteae margine coloratae. Cor. pallida, labium trilobum.

28. Z. CASSUMUNAR. *Roxb. R. S.* 565. Z. purpureum. *R. S.* 1. 567. Z. Cliffordiae. *Andrews Bot. Rep. t.* 555. Folia hirta. Bracteae basi purpurascentes margine albo. Cor. labium trilobum albidum margine ochroleuco Hab. in India orientali. ♃. C.

9. COSTUS.

Linn. Rosc. Roxb. R. S. 1. 556.

Vagina foliorum clausa, quae in reliquis Scitamineis fissa.

29. C. SPECIOSUS *Smith. R. S.* 567. *W. E.* 4. Folia subtus pilosa. Cor. magna alba rore ferrugineo quasi adspersa, labium margine lacinulatum.

30. C. SPIRALIS *Rosc. R. S.* 24. Alpinia spiralis *Jacq. Schoenbr.* 1. *t.* 1. Folia sessilia lanceolata nitida glaberrima coriacea. Hab. ad Caracas in insula St. Vincent. ♃. C.

10. ALPINIA.

Linn. Rosc. Roxb. R. S. 1. 556.

Caules biennes aut perennes. Inflorescentia caulina.

31. A. ALLUGHAS *Roxb. R. S.* 1. 562. Hellenia Allughas *Willd. Sp.* 1. 4. *En. S.* 1. Heritiera Allughas *Retz. obs.* 6. *p.* 17. *t.* 1. Cor. rubra extus hirta.

32. A. NUTANS *Rosc. R. S.* 1. 562. Renealmia nutans *W. E.* 5. Nondum floruit.

53. A. CALCARATA *Rosc. R. S.* 1. 563. Globba erecta *Redout. W. E. S* 1. Spicae compositae. Cor. alba, labio bilobo sanguineo. Hab. in China australi. ♃. C.

54. A. MUTICA. *Roxb. R. S.* 1. 563. Hab. in insula Prince of Wales. Nondum floruit.

55. A. STRIATA. *Hort. angl.* Amomum Cardamomum. *W. E. S.* 1. Fol. lineari lanceolata. Nondum floruit.

11. GLOBBA.

Linn. Rosc. Roxb. R. S. 1. 556.

56. G. MARANTINA. *Linn. Roxb. R. S.* 1. 576. Ceratanthera amomoides *Hornemann. hafn.* 1. *p.* 2. 5. *R. S.* 1. 4. 53. Folia brevi petiolata lanceolata subtus pubescentia, vaginis ciliatis. Cor. flava. Anthera quadrialata. Hab. in India orientali. ♃. C. Est omnino Globba.

II. PHILHYDRINAE.

Folia vaginata nervis parallelis. Flores bractea spathiformi. Cor. infera, polypetala. Fructus locularis, placentatione centrali. Sem. albuminosum; embryo inclusus rectus, monocotyledoneus.

12. PHILHYDRUM.

Loureer. W. E. 6. *R. S.* 1. 6.

Petala 2 secund. Willden. filamenta duo sterilia sec. Rob. Brown. sunt.

57. PH. LANUGINOSUM *Gaertn. W. E.* 6. Folia pubescentia, caulis bracteae germina lanata. Cor. flava.

III. HIPPURIDEAE.

Caulis fistulosus, fistulis pluribus in orbem positis. Folia non vaginantia. Cor. o. Stamen germini impositum. Fructus semini conformis. Semen albuminosum; enbryo inclusus erectus dicotyledoneus.

13. HIPPURIS.

Linn. W. E. 7. *R. S.* 1. 6.

58. H. VULGARIS. *Linn. W. E.* 7.

IV. ATRIPLICINAE.

14. SALICOMIA.

Cal. undique germen involvens. *Cor.* o. Stam. 1 pluresve. *Semen* calyci immersum.

59. S. HERBACEA. *Linn. W. E.* 6. Caulis herbaceus. Calyces cauli immersi deplanati.

40. S. PERENNANS *Willd. Sp.* 1. 24. *R. S.* 1. 40. S. prostrata *Pallas R. S.* 1 39. Caulis lignescens, basi decumbens. Calyces immersi deplanati. Hab. in paludibus Sibiriae ad Iaicum 4. T.

41. S. FRUTICOSA *Linn. W. E.* 7. Caulis lignosus erectus. Calyces non immersi laxi.

15. POLLICHIA.

Aiton. R. S. 1. 5.

Petala 5 minima certe adsunt.

42. P. CAMPESTRIS *Aiton. W. E.* 7. *R. S.* 1. 38. Folia verticillata linearia. Flores sessiles; involucrum e-squamis carnosis florum faciculos cingentibus; quaevis squama bractea tenui fulta.

V. DIPSACEAE.

16. CENTRANTHUS.

Decand. R. S. 1. 5.

43. C. RUBER. *Decandoll. R. S.* 1. 35. Valeriana rubra *W. E.* 50. Folia $\frac{3'}{1'}$. Cor. rubra albave.

44. C. ANGUSTIFOLIUS. *Decand. R. S.* 1. 36. Valeriana angustifolia. *W. Sp.* 1. 175. *E. Suppl.* 3. Folia $\frac{5'}{6'}$. Cor. rubra albave. Hab. in subalpinis Europae calidioris. ♃. D.

45. C. CALCITRAPA *R. S.* 1. 35. Valeriana Calcitrapa *W. E.* 50. Folia radicalia ovata, caulina pinnatifida. Cor. rubra.

VI. ONAGRAE.

17. LOPEZIA.

Cavanill. R. S. 1. 4.

46. L. MEXICANA *Cavanill. W. E.* 7. *R. S.* 1. 33. Caulis glaber. Folia ovata. Ramuli apice florigeri. Cor. rubra.

47. L. HIRSUTA. *Jacq. W. E.* 7. *R. S.* 1. 34. Caulis hirsutus. Folia ovata. Ramuli apice florigeri. Cor. rubra.

48. L. CORONATA. *Andrews W. E. S.* 1. *R. S.* 1. 34. L. minuta *Lagasc. gen. et sp.* 1. Caulis glaber. Folia ovata. Pedunculi simplices axillares. Cor. rubra. Hab. in Mexico. ⊙. D. T.

49. L. MINIATA. *Decand. monsp.* 121. L. frutescens *R. S.* 1. 34. Folia oblonga. Ramuli apice florigeri. Hab. in Mexico ♄. T.

DIGYNIA.

I. CALLITRICHINAE.

Folia opposita. Cor. infera polypetala Germina plura. Pericarpium semini conforme adnatum. Semen albuminosum, embryone incluso inverso dicotyledonec.

18. CALLITRICHE.

Cal. o. Cor. dipetala. Semina 4.

49. C. AQUATICA *W. E.* 8. C. verna Linn. foliis apice integris sat differt, nec non C. autummalis Linn. foliis uninerviis truncatis cfr. Wahlenb. lapp. n. 3. Marschall fl. taur. 3. p. 7.

II. ATRIPLICINAE.

19. CORISPERMUM.

Cal. o. Cor. unipetala aut nulla. Stam. 1 — 5. Semen 1. compressum.

50. C. HYSSOPIFOLIUM *Linn. W. E.* 8. *R. S.* 1. 45. *Sibth. fl. graec. t.* 1. Folia linearia mucronulata, uti quoque exhibet Sibthorp. Bracteae ovatae acuminatae. Cor. unipetala bifida alba. Semina convexa integra 2 lin. longa fuscescenti viridia, stylorum basi e membrana marginali emersa.

51. C. INTERMEDIUM. *Schweigger. R. S.* 46. Folia linearia mucronulata. Bracteae ex ovato lineares. Cor. o. Sem. lin. longa plana nigrescentia integra, stylorum basi membranae marginali immersa. Hab. in Prussia. ⊙. D.

52. C. TENUE. *Jahrb. der Gewächsk. H.* 3. *p.* 29. Fol. linearia mucronulata. Bracteae lineares mucronulatae foliis similes. Cor. o. Sem. glabra integra, stylorum basi e membrana marginali emersa. Hab. . . . ⊙. D. Valde affine C. hyssopifolio. Differt bracteis, floribus axillaribus ad radicem usque.

53. C. CANESCENS. *Kitaib. R. S.* 1. 45. C. squarrosum *W. E.* 8. sec. herb. Folia linearia mucronulata. Bracteae lineares. Cor. unipetala alba. Sem. glabra emarginata. Hab. in Hungaria, Austria. ⊙. D.

54. C. SQUARROSUM. *Linn. R. S.* 1. 46. C. hyssopifolium. *Pallas Fl. ross. t.* 98. *f. B. C. D.* C. spicatum *W. E. S.* 1. *sec. herb.* Fol. lineari-lanceolata. Bracteae lineares. Cor. o. Semina glabra convexa emarginata. Hab. in Russia australi. ⊙. D.

20. BLITUM.

Linn. W. E. 9. *R. S.* 1. 7.

55. B. CAPITATUM. *Linn. W. E.* 9. *R. S.* 1. 48. Folia triangularia hastato-sinuata. Glomeruli florum summi ebracteati.

56. B. VIRGATUM. *Linn. W. E.* 9. *R. S.* 1 48. Folia triangularia sinuata. Glomeruli florum summi bracteati.

57. B. PETIOLARE: Foliis triangularibus hastatis subdenticulatis, glomerulis florum summis bracteatis, plerisque petiolo innatis. Hab . . . ☉. D. Nomine Bliti chenopodioidis accepimus, speciei obscurae et potius expungendae. Caulis diffusus angulatus glaber. Folia minora ac in B. virgato vix poll. longa in petiolum attenuata acuta, superiora integerrima, inferiora hinc inde dentibus insignita glabra. Capitula florum gemina, petiolis plerumque innascentia. Calyx fructus ruber baccatus minus tamen ac in praecedentibus.

D I A N D R I A.

M O N O G Y N I A.

I. T H Y M E L E A E.

21. PIMELEA.

Forst. R S. 1. 59.

58. P. LINIFOLIA. *Smith. R. S.* 1. 272. Folia $\frac{10''}{1 - 2''}$ Cor. alba 6″ longa. Hab. in Terra van Diemen ♄. T.

II. N Y C T A G I N E A E.

22. BOERHAAVIA.

Perigonium tubulosum. *Stam.* 2 — 5. perigonio inserta. *Semina* basi perigonii persistente inclusa.

59. B. ERECTA. *Linn. W. E.* 49. *R. S.* 1. 63. Caulis superne pubescens. Folia ovato-oblonga subtus resinoso-punctata. Flores in panicula pauciflora solitarii. Per. album rufescens.

60. B. HIRSUTA. *Linn. W. E.* 49. *R. S.* 65. B. diffusa *W. E. l. c.* Folia ovato-oblonga. Flores in pa-

nicula pauciflora glomerati. Cor. rubra. B. diffusa W. non differt ab hirsuta; in caldario culta perennis fit ac fruticulosa.

61. B. VISCOSA. *Lagasc.* *W. E.* 49. *R. S.* 1. 66. Folia ovata. Pedunc. apice 2—3 fidi, floribus glomeratis. Per. rubrum.

62. B. SCANDENS. *Linn.* *W. E.* 49. *R. S.* 1. 66. Folia cordata. Ped. apice umbelligeri. Per. glabrum, urens.

63. B. EXCELSA. *W. E.* 50. *R. S.* 1. 66. Folia inferiora cordata, superiora ovata. Ped. apice umbelligeri. Per. glabrum rubrum.

64. B. PLUMBAGINEA. *Cavan.* *R. S.* 1. 65. Caul. erectus. Folia cordata repanda. Ped. apice umbelligeri. Per. album dentibus obtusissimis emarginatis. Stam. longissima involuta. Stylus staminibus aequalis involutus. Peric. viscoso-pubescens. Hab. in Aegypto, Hispania. ♃. C. Valde differt a V. repente. *Delile. aeg. p.* 146. *t.* 3. *f.* 1. quo nomine Sieber misit.

III. LABIATAE.

23. MONARDA.

Linn. *W. E.* 32. *R. S.* 1. 58.

Labium superius corollae versus basin stamina involvit.

65. M. FISTULOSA. *Linn.* *W. E.* 32. *R. S.* 211. Flores capitati. Bracteae totae rubentes. Cor. purpurea pubescens.

66. M. MEDIA. *W. E.* 32. *R. S.* 1. 211. Differt a praecedente caule fistuloso. Pursh in Fl. Amer. sept. non habet. An var.?

67. M. OBLONGATA. *Ait.* *W. E.* 32. *R. S.* 1. 212. Flores capitati. Bracteae antice purpureae. Cor. purpurascentes.

68. M. ALTISSIMA. *W. E.* 33. Flores capitati. Bracteae nervo rubro. Cor. pubescens purpurascens. Pursh non habet. Valde affinis sequenti et vix diversa.

69. M. AFFINIS. M. clinopodia. *W. E.* 32. Caulis hirtus. Folia subcordata oblonga serrata hirta. Flores capitati. Bracteae nervo rubro. Cor. purpurascens. M. clinopodia Linn. est planta dubia, cui folia glabra tribuit. M. clinopodia Pursh differt a nostra caule glabro et corollarum colore. Folia molliora ac in praecedente.

70. M. RUGOSA. *Ait.* *W. E.* 33. *R. S.* 1. 213. Flo-

res capitati. Bracteae virentes saepe nervo rubro. Cor. albae pubescentes.

71. M. MOLLIS. *Linn. Am. ac.* 3. *p.* 329. *W. E.* 32. *R. S.* 1. 212. Flores capitati. Bracteae albentes. Cor. purpurascens barbata.

72. M. DIDYMA. *Linn. W. E.* 33. *R. S.* 1. 213. Flores capitati. Bracteae purpureae. Cor. purpureae glabriusculae. Odor. gratissimus.

73. M. KALMIANA. *Pursh. R. S.* 1. 215. Flores capitati. Bracteae purpureae. Cor. pubescentes coccineae. Odor. Thymi. Hab. in sylvis prope Onondago et Oswego, New-York. ♃. D. Major praecedente.

74. M. PUNCTATA. *Linn. W. E.* 33. *R. S.* 1. 214. Flores verticillati. Bracteae supra violaceae floribus multo longiores acutae. Cal. dentibus acutis. Cor. luteae rubro-punctatae.

75. M. CITRIODORA. *Lagasc. R. S.* 1. 581. Flores verticillati. Bracteae virentes floribus subaequales apice spinulosae. Cal. dentibus longissime aristatis. Cor. purpurascens. Odor. Thymi. Hab. in Mexico. ♃. T.

24. SALVIA.

Linn. W. E. 33. *R. S.* 1. 58.

A. Calyce trilobo ampliato.

76. S. POMIFERA. *Linn. W. E.* 34. *R. S.* 1. 215. Folia undulata. Dentes calycini obtusi. Cor. coerulescens.

77. S. CALYCINA. *Smith. W. E.* 34. *R. S.* 1. 216. Folia plana. Dentes calycini mucronulati. Cor. purpurascens.

78. S. INTERRUPTA. *Schousb. W. E.* 44. *R. S.* 1. 218. Folia rugosa subtomentosa. Cor. albido-coerulescens.

79. S. PILANTHA. Foliis pinnatis 2 — 3 jugis, foliolis sessilibus lanceolatis obtusiusculis crenulatis rugosis subtus incanis, bracteis cordatis infimis calyce longioribus. Hab. . . . ♄. T. Caulis 2—3 ped. altus, ramis tomentosis. Folia petiolo longo tomentoso villoso; foliola ab extimo decrescentia; extimum $\frac{2'-3'}{8''}$; in finum 4″ longum; summa in petiolo decurrentia irregulariter crenata subundulata omnia supra fere glabra subtus pilis mollibus incana. Bracteae villosae. Verticilli sexflori. Cal. villosus lineatus subvenosus, galea crenata, labio bilobo. Cor. coerulea galea pilosa, labio

dilatato margine coeruleo disco ochroleuco coeruleo punctato; tota 1' 2" longa. Nomine S. rosaefoliae in horto colitur, at huic foliola petiolata obverse oblonga serrata, bracteae lanceolatae.

80. S. HABLIZLIANA. *Willd. E. S.* 2. *R. S.* 1. 220. S. scabiosaefolia. *Encycl. R. S.* 1. 219. Foliola angustiora ac in reliquis. Cor. magna coerulescens. Hab. in Tauriae montibus cretaceis. ♃ T.

81. S. CANARIENSIS. *Linn. W. E.* 42. *R. S.* 1. 216. Cal. coloratus. Cor. purpurascens.

82. S. AUREA. *Linn. W. E.* 42. *R. S.* 1. 217. Cal. fructiferi excrescentes. Cor. aurea 1½' longa.

B. Calyce tridentato subcylindrico.

83. S. LANCEOLATA. *Brousson. W. E.* 37. *R. S.* 1. 221. S. reflexa. *Hornem. hafn.* 1. 34. Verticilli biflori. Folia obtusa. Cor. coerulea.

84. S. ANGUSTIFOLIA. *Humboldt. W. E.* 41. *R. S.* 1. 222. Verticilli biflori. Folia acuta. Cor. coerulea.

85. S. HIRSUTA. *Jacq. W. E.* 37. *R. S.* 1. 221. Folia $\frac{12'}{4'}$. Bracteae cordatae imbricatae. Cor. parva coerulescens.

86. S. BOOSIANA. *Jacq. fil. R. S.* 1. 224. S. thymiflora. *W. E. S.* 2. Cor. coerulea 10' longa; galea labio longior. Folia $\frac{5'}{2'}$, ovata. Hab. in subalpinis Peruviae. ♃. C.

87. S. AMARISSIMA. *Orteg. R. S.* 1. 234. S. amara. *Jacq. Schoenbr.* 3. *t.* 255. Cor. coerulea, galea brevi labio dilatato. Folia cordata $\frac{5'}{16'}$. Hab. in Mexico. ♃. C.

88. S. MEXICANA. *Linn. W. E.* 39. *R. S.* 1. 225. Cor. coerulea 1½ poll. longa. Folia ovata $\frac{3'}{2'}$.

89. S. CHAMAEDRYOIDES. *Cavan. R. S.* 1. 226. S. Chamaedrys. *W. E.* 42. Cor. coerulea 6 — 7" longa. Folia ovata $\frac{10''}{5''}$.

90. S. CAESIA. *Humboldt. W. E.* 40. *R. S.* 1. 226. S. polystachya. *W. E.* 40. *R. S.* 1. 230. S. lineatifolia. *Lagasc. gen. et sp.* 2. Cor. coerulea 6" l. Cal. villoso-tomentosi. Folia ovata $\frac{5'}{16'}$.

91. S. HISPANICA. *Linn.* *W.* *E.* 41. *R.* *S.* 228. Cor. coerulea parva. Cal. cylindrici pubescentes. Folia ovata $\frac{3'}{2'}$.

92. S. TILIAEFOLIA. *Jacq.* *R.* *S.* 1. 230. *W.* *E.* *S.* 3. S. fimbriata. *Humb. et Kunth.* *N. gen. et sp.* 2. 241. *t.* 149. fide specim. sicci. Cor. coerulea parva. Folia cordata $\frac{1'\,4''}{1'\,2''}$ dense ciliata. Hab. in Mexico. ♃. C.

93. S. MICRANTHA. *Vahl.* *W.* *E.* 38. *R.* *S.* 230. Cor. alba parva. Folia sinu lato cordata $\frac{1'\,4''}{1'\,6''}$.

94. S. DOMINICA. *Linn.* *W.* *E.* 38. *R.* *S.* 1. 228. Cor. alba parva. Folia subcordata $\frac{1'\,4''}{1'}$.

95. S. GLUTINOSA. *Linn.* *W.* *E.* 42. *R.* *S.* 1. 235. Cor. flava 1½' l. Fol. cordato-sagittata $\frac{4'}{5'}$.

96. S. COCCINEA. *Murray.* *W.* *E.* 41. *R.* *S.* 1. 251. Cor. coccinea 8' l. Folia petiolata cordata $\frac{1'\,8''}{1'\,2''}$. Caulis subtomentosus.

97. S. PSEUDOCOCCINEA. *Jacq.* *W.* *E.* 41. *R.* *S.* 1. 254. Cor. coccinea 8'. Fol. petiolata ovata $\frac{2'}{1'}$. Caulis hirtus.

98. S. PULCHELLA. *Decand.* *R.* *S.* 1. 252. Cor. coccinea. Folia summa sessilia.

99. S. LEONUROIDES. *Gloxin.* *R.* *S.* 1. 251. S. formosa. *L'Herit.* *W.* *E.* 41. Cor. coccinea 1' 6''. Folia ovata $\frac{1'\,8''}{1'\,4''}$.

C. Calyce quinquedentato $\frac{3}{2}$.

100. S. OFFICINALIS. *Linn.* *W.* *E.* 34. *R.* *S.* 1. 238. Var. angustifolia (S. tenuior) mucrone dentium calycinorum minore recto nec uncinato differt.

101. S. TRILOBA. *Linn.* *Suppl.* *W.* *E.* 34. *R.* *S.* 1. 256. Valde affinis praecedenti, foliis auriculatis differt magnitudine et corollis rubentibus.

102. S. GRANDIFLORA. *Ettling.* *W.* *E.* 34. *R.* *S.* 1. 243.

Cor. coerulea 1′ 2″ longa, quae in praecedente 8″. Folia basi cordata $\frac{5'}{2'\,6''}$, minus rugosa et tomentosa.

103. S. CRETICA. *Linn. W. E. S.* 2. *R. S.* 1. 236. Cor. rubens. Folia lineari-lanceolata. Cal. subdiphylli.

104. S. PANICULATA. *Linn. W. E.* 42. *R. S.* 1. 237. Cor. coerulea albo variegata fere 1′. Folia antice serrata.

105. S. SYLVESTRIS. *Linn. W. E.* 32. *R. S.* 1. 249. Cor. coerulea 4—5″ l. Caulis tenue tomentosus. Folia cordate lanceolata. Bracteae cordate ovatae. Laciniae calycis inferiores ovatae.

106. S. NEMOROSA. *Linn. W. Sp.* 1. 134. *R. S.* 1. 251. S. sylvestris nemorosa. *W. E.* 35. Cor. coerulea 6 — 7″ l. Caulis tenue tomentosus. Folia cordate lanceolata. Bracteae ovato-oblongae. Laciniae calycis inferiores lanceolatae.

107. S. AMPLEXICAULIS. *Lam. Enc. W. E.* 35. *R. S.* 1. 247. S. valentina. *Vahl. R. S.* 1. 251. Affinis praecedenti at caulis hirsutus, cal. hirsutissimus.

108. S. NUTANS. *Kitaib. W. E.* 39. *R. S.* 1. 246. Cor. coerulea 6″ l. Caulis subaphyllus. Folia cordato-oblonga.

109. S. PENDULA. *Vahl R. S.* 1. 246. S. betonicaefolia. *Ettling. W. E.* 45. *R. S.* 1. 246. Cor. coerulea 6″ l. Caulis foliosus. Folia cordato-lanceolata.

110. S. VERTICILLATA. *Linn. W. E.* 42. *R. S.* 1. 241. Cor. coerulea 6″ stylo labio incumbente. Folia $\frac{3'}{2'\,2''}$ saepe auriculata. Cal. dentes acutiusculi.

111. S. NILOTICA. *Murr. W. E.* 39. *R. S* 1. 258. Cor. coerulea 6″. Folia cordato-ovata basi subsinuata. Cal. brevi- dentibus longe mucronulatis s. spinulosis. Hujus varietas videtur S. abyssinica *Jacq. R. S.* 257. foliis pinnatifidis lyratisque magis rugosis et acutatis.

112. S. NAPIFOLIA. *Murr. W. E. S* 3. *R. S.* 1. 259. Cor. coerulea 6″. Folia cordato-ovata basi subauriculata. Cal. colorati dentibus acutis. Hab. in Gallia, Italia. ♃ D.

113. S. RUNCINATA. *Linn. Suppl. W. E.* 39. *R. S.* 1. 260. Cor. coerulea 6″. Folia pinnatifida s. pinnatifido-lyrata rugosa.

114. S. VERBENACA. *Var a. Subintegrifolia.* S. oblongata. *Vahl R. S.* 1. 256. Folia oblonga dupli-

cato crenata. *Var.* 6. *Pinnatifida.* S. verbenaca. *Vahl R. S.* 1. 255. S. clandestina. *W. E.* 39. fide herb. Folia pinnatifida crenata. Utrique cor. coeruleae calyce vix longiores clausae.

115. S. SPIELMANNI. *Var. a Subintegrifolia.* S. Spielmanni *Scop. W. E.* 38. *R. S.* 1. 238. *Var. b. Pinnatifida.* S. Verbenaca. *W. E.* 38. fide herb. Folia ut in praecedente. Cor. coeruleae calyce majores at parvae vix 5'''.

116. S. MULTIFIDA. *Sibthorp. Fl. gr.* 1. *t.* 23. *R. S.* 1. *p.* 262. S. polymorpha typus *Fl. port.* 1. *p.* 143. *R. S.* 1. 261. Folia pinnatifida laciniis acutioribus ac in praecedente. Cor. coerulea 6''' longa (in spontanea labio inferiore albo). Nos quidem tres species. S. Verbenacam, Spielmanni, multifidam unam eandemque speciem esse putamus, cui adsentit *Marschall Fl. taur. cauc.* 3. *p.* 23. Calycis labium superius explanatum dentibus tribus brevioribus mucronatis, labium inferius dentibus tribus longioribus et longius mucronulatis.

117. S. PRATENSIS. *Linn. W. E.* 36. Cor. coerulea ultra 1' l. Folia cordata oblonga duplicato-crenata.

118. S. CAMPESTRIS. *Marschall W. E.* 35. *R. S.* 249. Cor. coerulea minor ac in praecedente. Folia molliora. Rami floriferi elongati.

119. S. VARIEGATA. *Waldst. et Kitaib. W. E.* 36. *R. S.* 1. 244. Cor. 8''' l. coerulea lacinia media labii inferioris alba. Folia cordata late lanceolata duplicato-crenata.

120. S. BICOLOR. *Desfont. W. E.* 36. *R. S.* 1. 259. Cor. 1' l. coerulea, lacinia media labii inferioris alba saccata. Folia inferiora partita, superiora ovata sinuato-dentata.

121. S. TENORII. *Spreng. pug.* 1. *n.* 3. *R. S.* 1. 242. S. Barrelieri *Schrank. Hort. Monac.* 1. *t.* 5. Valde affinis S. pratensi at major, folia multo longiora, cor. galea multo angustior magis falcata, cal. sulcatus nec striatus ut in S. pratensi. Cor. coerulea 1' l. Hab. in Calabria. ♃. T.

122. S. FORSKOLEI. *Linn. W. E.* 44. *Hort. Ber. t.* 20. *R. S.* 1. 259. Cor. coerulea 1' l. Folia lyrato-auriculata. Cul. subaphyllus.

123. S. INDICA. *Linn. W. E.* 37. *R. S.* 1. 241. Cor. ultra 1' l. galea coerulea, labii lobo medio saccato e

coeruleo et albo vario limbo violaceo margine lutescente. Folia cordata oblonga duplicato-crenata.

124. S. HORMINUM. *Linn.* *R. S.* 1. 254. Bracteae summae coeruleae steriles in comam elongatae. Hab. in Europa australi. ♃. F.

125. S. VIRIDIS. *Linn.* *W. E.* 34. *R. S.* 254. S. truncata. *W. E.* 34. Cor. 6‴ rubra. Folia cordata oblonga aequaliter cordata. Bracteae cordatae.

126. S. LYRATA. *Linn.* *W. E.* 34. *R. S.* 257. Cor. purpurascens parva galea brevissima. Folia radicalia magna oblonga et pinnatifida pilis sparsis.

127. S. VISCOSA. *Jacq.* *W. E.* 36. *R. S.* 1. 245. Cor. purpurea 8‴ — 9‴ l. Folia late ovata repande et inaequaliter crenata.

128. S. BULLATA. *Schousb.* *W. E.* 36. S. lusitanica. *Enc.* *R. S* 1. 241. S. elongata. *Spreng. pug.* 1. *n.* 4. *R. S.* 1. 245. Cor. rubra 8‴. Folia cordata oblonga crenato-dentata erosa. Hab. in Hispania ♃. F. In Lusitania non vidimus. Male in Flor. portug. ad S. polymorpham relata fide speciminis incerti.

129. S. MOLLIS. *Jacq.* *R. S.* 1. 243. Cor. rubra 6‴ l. Folia cordata oblonga duplicato-crenulata rugosissima supra hirsutiuscula subtus molli hirsuta. Bract. cordatae acuminatae floribus minores. Cal. intus villosissimi.

130. S. DISERMAS. *Linn.* *W. E.* 39. *R. S.* 1. 246. Cor. alba 5 — 6‴. Caulis hirsutus. Fol. cordata oblonga inaequaliter dentato-crenata.

131. S. VIRGATA. *Ait.* *W. E.* 55. *R. S.* 1. 249. Cor. alba 7 — 8‴. Fol. cordata oblonga inaequaliter duplicato crenata, superiora sessilia.

132. S. SPINOSA. *Linn.* *W. E.* 42. *R. S.* 1. 252. S. praecox. *Vahl.* *R. S.* 1. 229. *W. E. S.* 3. Cor. alba 1′ l. Bracteae calycesque spinulosi. Fol. oblonga crenata et serrato-crenata.

133. S. APPLANATA. *W. E. S.* 3. *R. S.* 254. Affinis praeced. at bracteae spina brevi, verticillis summis sterilibus.

134. S. SCLAREA. *Linn.* *W. E* 43. *R. S.* 1. 252. Cor. coerulescenti-albida 1′ l. Bracteae cordatae coloratae. Fol. cordata inaequaliter duplicato crenata.

135. S. TINGITANA. *Ettling.* *W. E.* 42. *R. S.* 1. 252. Cor. 8‴ alba labio flavicante. Fol. cordata inaequaliter duplicato-crenata.

136. S. AUSTRIACA. *Linn.* *W.* *E.* 39. *R.* *S.* 1. 247. Cor. alba 8 staminibus longissimis. Fol. subpinnatifida inaequaliter dentata. Caul. subaphyllus.

137. S. AETHIOPIS. *Linn.* *W.* *E.* 44. *R.* *S.* 1. 253. Cor. alba 10''. Fol. subpinnatifida inaequaliter dentata. Bracteae acumine tenui recurvo. Cal. villosissimi.

138. S. PATULA. *Desfont.* *W.* *E.* 44. *R.* *S.* 1. 251. Cor. alba 10''. Fol. $\frac{6'}{4'}$ sinuata inaequaliter dentata. Bracteae sine acumine. Verticilli summi steriles.

139. S. ARGENTEA. *Linn.* *W.* *E.* 34. *R.* *S.* 253. Cor. alba ultra 1'. Fol. $\frac{2'\ 6''}{1'}$ subpinnatifida tomentosa. Verticilli summi steriles.

140. S. VERBASCIFOLIA. *Marschall.* *Fl.* *taur.* *cauc.* 3. 22. *R.* *S.* 1. 242. S. candidissima *Marsch.* *Fl.* *t.* *cauc.* 1. 22. Cor. alba 8 — 9'''. Fol. $\frac{2'}{1'\ 4''}$ sinuata rugosissima hirta. Verticilli summi steriles.

141. S. ODORATA. *Hort.* *par.* *W.* *E.* 43. *R.* *S.* 1. 245. Cor. alba 9', lacinia media labii flavicante punctis coeruleis. Fol. cordato oblonga inaequaliter duplicato crenato-dentata oblonga. Flores paniculati.

142. S. CERATOPHYLLA. *Linn.* *W.* *E.* 43. *R.* *S.* 1. 262. Cor. purpureo-violacea 8—9''. Fol. ad nervum fere pinnatifida tomentosa. Bracteae apice spinulosae. Verticilli summi steriles.

143. S. CLANDESTINA. *Linn.* *Sibthorp.* *Fl.* *gr.* 1. *t.* 24. *R.* *S.* 1. 261. S. ceratophylloides *W.* *E.* 43. fide herbar. Caulis tomentosus. Folia ad nervum fere pinnatifida rugosissima subvillosa. Verticilli summi floriferi. Calyces extus intusque villosi. Cor. alba parva. In *Syst.* *Veg.* *R.* *S.* Salvia Verbenaca cum hac rursus confusa est ut olim fecere Botanici falsis synonymis decepti. Sibthorpius longe aliam speciem esse S. clandestinam Linn. primus docuit.

144. S. LACINIATA. *W.* *E.* *S.* 2. *R.* *S.* 1. 260. Caulis tomentosus. Fol. inciso-pinnatifida rugosa subvillosa. Verticilli summi floriferi. Calyces intus villosiores. Hab. . . . ♃. T. Affinis praecedenti, folia minus profunde pinnatifida, calyces intus villosissimi, extus minus villosi. An var.?

145. S. AEGYPTIACA. *Linn.* *W.* *E.* 54. *R.* *S.* 1. 256. Cor. parva alba. Fol. sinuato-dentata. Verticilli biflori.

25. ROS-

25. ROSMARINUS.

Linn. W. E. 39. *R. S.* 1. 58.

146. R. OFFICINALIS. *Linn. W. E.* 53. *R. S.* 1. 214.

26. COLLINSONIA.

Linn. W. E. 45. *R. S.* 1. 58.

147. C. CANADENSIS. *W. E.* 45. *R. S.* 1. 264. Nostra C. canad. est cordata, foliis cordatis superioribus integerrimis. Folia semper pilosiuscula. Cor flava.

148. C. TUBEROSA. Michaux fl. amer. 1. 17. *W. E.* S. 4. C. serotina *Walter. R. S.* 1. 262. Cor flava. Hab. in Carolina. ♃. T.

27. ZIZIPHORA.

Cal. cylindricus decemlineatus subbilabiatus quinquedentatus villis clausus. *Cor.* bilabiata. *Sem.* 4.
Omnes habent folia punctata, punctis resinosis, corollasque purpurascentes.

149. Z. CLINOPODIOIDES. *R. S.* 1. 208. Cunila capitata *W. Sp.* 1. 122. *E. S.* 2. Folia ovata subserrata. Capitula terminalia. Calyces pubescentes. Hab. in *Sibiria*. ⊙. D.

150. Z. MEDIA. Foliis ovatis acuminatis subintegerrimis nervosis, floribus capitatis, calycibus hirsutis, basi pubescentibus Hab. . . . . ♄. F. Valde affinis sequenti, e qua in horto fortassis enata at calycibus non ita pilosis, floribus nunquam in anthuro (spica verticillata), foliis rarissime crena insignitis. Reliqua conveniunt.

151. Z. DASYANTHA. *Marschall. W. E.* 31. *R. S.* 1. 211. Folia ovata acuminata crenata nervosa, floribus spicato-capitatis: calycibus undique hirsutissimis.

152. Z. CAPITATA. *Linn. R. S.* 1. 209. Folia lanceolata. Bracteae ovatae. Flores capitati. Calyces hispidi.

153. Z. SERPILLACEA. *Marschall. W. E.* 31. *R. S.* 1. 210. Folia lanceolato-linearia. Flores capitati. Bracteae nullae. Cal pilis brevissimis reflexis.

154. Z. TENUIOR. *Linn. W. E.* 31. *R. S.* 1. 210. Folia lanceolata. Flores verticillati. Cal. hispidi. Cor. tubus inclusus.

155. Z. TAURICA. *Marsch. W. E.* 31. *R. S.* 210. Folia lanceolata. Flores verticillato-spicati. Cal. hirti. Cor. tubus exsertus.

156. Z. ACINOIDES. *W. E. S.* 2. Folia ovato-acuminata nervosa ciliata. Flores verticillati quaterni.

Verticilli approximati. Bracteae ovatae. Hab. in Sibiria. ⊙. D. Z. hispanicae similis. Z. acinoidem Linn. cum clinopodioide conjuxit Rudolph.

28. CUNILA.

Cal. oblongus quinquedentatus villis clausus. *Cor.* bilabiata. *Sem.* 4.

Cal. superne parum ampliatur, qui in precedenti genere potius contrahitur; tum quoque multo brevior est.

† C. MARIANA. *Linn. W. E.* 31. Ziziphora mariana *R. S.* 1 208. Folia sessilia ovata subserrata glaberrima. Cal. sulcatus glaber, villis densis clausus. Cor. purpurascens. Periit.

29. AMETHYSTEA.

Linn. R. S. 1. 57.

157. A. COERULEA. *Linn. W. E. S.* 2. *R. S.* 1. 207. Fol. tripartita, foliis grosse serratis. Cor. coerulea. Hab. in Sibiria. ⊙. D.

30. LYCOPUS.

Linn. W. E. 30. *R. S* 1. 57.

158. L. EUROPAEUS. *Linn. W. E.* 30. *R. S.* 1. 206. Folia basi sinuato-dentata. Cor. alba.

159. L. EXALTATUS. *Linn. Suppl. W. E.* 31. *R. S.* 1. 207. Folia tota pinnatifida. Cor. alba.

160. L. VIRGINICUS. *Vahl. R. S.* 1. 207. *W. E S.* 2. Folia magis rugosa ac in L. europaeo, minora ut tota planta.

IV. VERBENACEAE.

31. STACHYTARPHA.

Vahl. W. E. 30. *R. S.* 1. 57.

161. ST. ANGUSTIFOLIA. *Vahl. W. E.* 30. *R. S.* 1. 203. Fol. lanceolato-linearia.

162. ST. JAMAICENSIS *Vahl. W. E. S.* 2. *R. S.* 1. 203. St. pilosiuscula. *Humboldt et Kunth. N. gen.* 2. 226. Verbena jamaicensis *Linn. W. Sp.* 1. 115. Folia ex oblongo-attenuata infra nervis hirtis. Bracteae flores superant Cor. coerulea.

163. ST. CAYANENSIS. *Richard W. E. S.* 2. *R. S.* 1. 204. Folia ex ovato-attenuata infra nervis hirtis. Bracteae floribus longiores. Cor. coerulea. Hab. in Cayenne ♄. C.

164. ST. PRISMATICA. *Vahl. R. S.* 1. 205. *W. E.* 30. Verbena prismatica. *Linn. W. Sp.* 1. 116. Fo-

la ex ovato-attenuata. Bracteae floribus brevioribus. Cor. caerulea.

165. ST. MUTABILIS. *Jacq. W. E.* 30. *R. S.* 204. Cor. coccinea tum rosea.

Stachytarpheta dicta *a* στάχυς spica et ταρφός densus; melius diceretur Tarphostachya. Ne vero plane confusum nomen nimis longum, Stachytarpham diximus.

166. ST. HIRSUTISSIMA. Caule foliis que ovalibus acute crenatis hirsutissimis, spica longissima, bracteis calyce minoribus appressis. Hab. in Brasilia ♃. C. Caul. 1—2 ped. erectus, fol. c. pet. $\frac{4' \, 6''}{2'}$ in petiolum attenuata acutiuscula pilis rigidiusculis hirsutissima. Spica terminalis 1—2 ped. Bracteae lanceolato-lineares 3''' lg. Cal. laciniis 4 linearibus 4''' lg. Cor. coerulea tubo calycem ad 3''' superante, limbus 3''' lg. laciniis obtusis.

V. RHINANTHEAE.

32. VERONICA. *Linn.*

Cal. 4—5 partitus aut diphyllus. *Cor.* rotata aut infundibiliformis. Caps. bivalvis, dissepimento ventrali.

A. Callistachya. Rafinesq. Cal. 5 *partitus. Cor. infundibiliformis.*

167. V. SIBIRICA. *Linn. W. E.* 15. *R. S.* 1. 86. Fol. 5—9 na. Spica densa. Cor coerulea.

168. V. VIRGINICA. *Linn. W. E.* 15. *R. S.* 1. 86. Fol. 4—5 na, Spica laxa. Cor. alba.

B. *Veronica.* Cal. 4—6 partitus. Cor. rotata.

a. Racemis spicisve terminalibus.

α. Foliis serratis et dentatis.

169. V. ANGUSTIFOLIA. *Fischer. Hort. Gor.* V. linariaefolia. *Pallas. Willd. Herb.* Folia opposita linearia sensim attenuata longe acutata remote serrata. Bracteae pedicello longiores. Hab. in Sibiria ♃ D. Caul. 1—2 ped. altus erectus angulatus pilis sparsis; ramis paucis. Folia $\frac{2'}{2''}$ in petiolum longe attenuata basi et apice integerrima medio serrata glabra. Racemus elongatus; pedicellis 2'''—3''' l. cum rachi pubescentibus. Bracteae lineares pubescentes. Cal. glaber laciniis ciliatis. Cor. magna coerulea.

170. V. MARITIMA. *Linn.! Schrader. R. S.* 1. 87. Fol. opposita ternaque lanceolato-linearia longe acutata sensim attenuata adapicem serrata. Bracteae pedicello

longiores. Hab. in Europa boreali. ♃. D. V. maritima *W. E.* 18. e V. spuria et longifolia composita est. Varietatem habemus foliis cauleque inferne glabris nomine V. grossae acceptam. Folia superiora interdum profunde serrata sunt, ita ut ad V. laciniatam accedat.

171. V. SPURIA. *Linn. Schrad. R. S.* 1. 88. V. amethystina *W. E.* 19. *R. S.* 1. 89. Folia opposita ternaque lanceolata ex oblonga basi attenuata. Bracteae pedicello breviores. Cor. coerulea.

172. V. FOLIOSA. *Waldst.* et *Kitaib. W. E.* 18. *R. S.* 1. 87. Affinis praecedenti, nec nisi foliis latioribus oblongis diversa. Cor. coerulea.

173. V. NITIDA. V. arguta. *W. E.* 16. Caul. 2. ped. glaber. Folia opposita ternave $\frac{2' 6''}{1'}$ acuta ex ovata basi attenuata medio serrata apice subserrata glabra. Rami longi, pedicelli 1'' l. Bracteae lineares pedicello longiores. Cal. glaber. Cor. coerulea. A. V. arguta Schrad. differt foliis brevioribus latioribus ex ovata basi attenuatis. An varietas? V. falcata *Martius Erlang. R. S.* 1. 90. secund. specimina a Nees ab Esenbeck accepta videtur varietas foliis profundius serratis dentibus curvatis, quo modo non raro degenerant Veronicae.

174. V. LONGEBRACTEATA. Caule glabriusculo, foliis oppositis ternisque oblongis lanceolatisve acutis ex oblonga basi sensim attenuatis apice integerrimis, bracteis inferioribus foliaceis integerrimis. Hab . . . . ♃. D.

Var. a. *angustifolia.* Caule glabriusculo, foliis sensim attenuatis. V. media *W. E.* 16. Caulis 2—3, ped. magis minusve pubescens. Fol. $\frac{3'}{3''}$ sensim attenuata basi integerrima profunde saepe serrata ciliata. Pedicelli vix $\frac{1''}{2}$ l. Bracteae inferiores saepe 1' l. superiores saepissime floribus longiores. Cal. glabriusculus. Cor. coerulea.

Var. b. *latifolia*, Caule glabriusculo, foliis ex oblonga basi attenuatis. A praecedente nonnisi foliis majoribus $\frac{5'}{1' 5''}$ longius acutatis differt. V. hybrida *Willd. Diar. Schrad.* 1799. *p.* 388. hujusloci.

175. V. AUSTRALIS. *Schrad. W. E.* 16. *R. S.* 1. 9. Affinis praecedenti. Caulis canus. Folia majora dense serrata, basi minus attenuata. Bracteae inferiores floribus longiores.

176. V. CANESCENS. *Schrad. Ver.* 19. V. neglecta. *Vahl. W. E.* 15. R. S. 1. 92. Planta tota incanotomentosa. Cor. coerulea. Affinis sequenti.

177. V. INCANA. *Linn. W. E.* 15. *R. S.* 1. 92. Folia remote serrata aut serrulata nec evidenter serrata ut in praecedenti.

178. V. GLABRA. *Schrad. R. S.* 1. 89. Folia opposita ternaque oblonga lanceolataque ex ovata basi attenuata acuta serrata apice integerrima. Caulis foliaque glabra, petioli ciliati. Cor. coerulea.

179. V. BREVIFOLIA. Caule pubescente simplici, foliis oppositis lanceolatis ex oblonga basi sensim attenuatis acuminatis serratis apice integerrimis, superioribus subserratis, bracteis pedicello longioribus. Hab. . . . . ♃. D. Caul. ped. teres leviter pubescens. Fol. $\frac{2'}{4-5''}$, non ita dense serrata superiora fere integerrima, petiolus 1 l. Bracteae infimae foliaceae, inferiores flore longiores, superiores breviores. Pedicelli infimi vix 1''. Cal. pubescens. Cor. coerulea.

180. V. ELEGANS. *Decand. R. S.* 1. 93. Folia opposita oblonga ex oblonga basi attenuata acuta serrata apice integerrima. Bracteae inferiores pedicello longiores superiores breviores. Pedicelli longiores 2''. Cor. eleganter incarnatae.

181. V. MEDIA. *Schrad. R. S.* 1. 90. Caulis pubescens. Folia opposita ternaque oblongo-lanceolata ex oblonga basi attenuata ad apicem usque dense serrata. Bracteae pedicello longiores. Pedicelli brevissimi vix $\frac{1''}{2}$.

182. V. PERSICIFOLIA. *Schott. Hort. Vind.* Fol. oppositis ternisque lanceolatis ex oblonga basi attenuatis longissime acutatis ad apicem usque serratis, bracteis pedicello longioribus. Hab. . . . ♃. D. Caul. 2. ped. inferne glaber. Fol. $\frac{5'}{7'-8''}$, acumine longissimo, petiolo 4''' l. Bract. lineares inferiores longae. Pedicelli 1''. Cal. subpubescens. Cor. coerulea. Media inter V. maritimam et longifoliam. An diversa a sequenti?

183. V. LONGIFOLIA. *Linn.* *R. S.* 1. 91. Folia opposita ternaque e cordata et subcordata basi attenuata longe acutata ad apicem usque serrata. Bracteae pedicello longiores. Cor. coerulea albave.

Var. a. *angustifolia* Foliis anguste lanceolatis. V. maritima. *W E.* 18.

Var. b. *latifolia.* Foliis late-lanceolatis. V. longifolia. *W. E.* 19. V. grossa. *Mart.* *R. S.* 1. 92. sec. specimina a Neesio accepta non differt nisi foliis profundius serratis.

Var. c. *abbreviata.* Foliis praesertim inferioribus brevius acutatis. V. acuta *Mart.* *R. S.* 1. 91. sec. specimina a Neesio accepta habet folia profundius serrata, basi subcordata. V. ambigua. *R. S.* 1. 92. sec. specimina ab eodem accepta ab hac varietate nullo modo differt. Simillima Berolini spontanea est. V. rigens *Mart.* *R. S.* 1. 93 foliis rigentibus basi subovata vix cordata paullo magis differt, nec tamen diversa videtur.

Var. d. *subincisa.* Foliis basi profunde serratis. Accedit ad sequentem at minor.

184. V. ELATIOR. *Ehrh.* *W. E.* 17. *R. S.* 1. 89. Tempore florendi serotino, caule ad 9. ped. alto, foliis longioribus rigidioribus nitidis a V. longifolia sat differt.

185. V. COMPLICATA. *Hoffm.* *W. E.* 19. *R. S.* 1. 89. Foliis longissimis angustissimis remote serratis a V. longifolia differt quidem, at formae tot intermediae sunt, ut crediderim speciem in hortis enatam.

186. V. AZUREA. Foliis lanceolato-linearibus longissimis sensim attenuatis ad apicem usque argute serratis serraturis baseos profundioribus, bracteis pedicello longioribus. Hab. . . . ♃. D. Hoc nomine ex horto Vindobon. Caul. 3. ped. superne pubescens. Fol. $\frac{3'}{4''}$ Cor. coerulea. Foliorum forma ut in praecedente et serraturae similes at multo longiores majores crebriores.

187. CRENULATA. *Hoffm.* *W. E.* 18. *R. S.* 1. 87. V. villosa. *Schrad.* *R. S.* 1. 97. Folia e cordata et subcordata basi attenuata ovata $\frac{2'}{1'}$ plerumque nervo incurvo. Cor. coerulea et alba petalis crenulatis. Parum villosa.

188. V. POLYSTACHYA. Foliis subsessilibus ovatis acutis serratis pubescentibus, ramis spiciferis congestis, floribus subsessilibus. Hab. . . . ♃. D. Caul. 2. pedalis pubescens. Fol. $\frac{1'}{1'}$ ad apicem usque serrata subcomplicata acumine plerumque reflexo Bracteae lineares inferiores flore longiores. Cal. pubescens. Cor. parva coerulescens. Floribus parvis sessilibus facile dignoscitur. Habitum monstrosum refert.

189. V. PONAE. *Gouan. R. S.* 1. 96. Fol. sessilia ovata grosse serrata. Bracteae pedicellis multo minores. Cor. coerulea.

β. Foliis crenatis.

190. V. SPICATA. *Linn. R. S.* 1. 93. V. Barrelieri *R. S.* 1. 94. Folia superiora oblonga aut ovata plerumque petiolata. V. orchidea *Crantz R. S.* 1. 91. V. cristata *Bernhardi W. E. S.* 2. est varietas corollarum laciniis elongatis. Hab. in Austria, Hungaria. ♃. D. Cor. coerulea albave.

191. V. GENTIANOIDES. *Linn. W. E.* 20. *R. S.* 1. 90. Folia obverse lanceolata $\frac{3'}{7''}$ serrulata. Bracteae pedicellis breviores. Pedicelli 7'''. V. pallida *Hornem. Hafn.* 1. 17. non minus in horto obvia differt foliis subserrulatis pallidioribus. V. gentianoides spontanea vix spithamea est, culta pedalis et ultra. Cor. in utraque coerulea.

192. V. BELLIDIOIDES. *Linn. W. E.* 19. *R. S.* 1. 99. Folia obverse oblonga $\frac{10''}{5'''}$. Racemus brevis. Pedic. 1''' L. Cor. coerulea. Capsulae magnae.

193. V. SAXATILIS. *Linn. W. E.* 20. *R. S. f.* 99. Caulis basi lignosus. Fol. obovata $\frac{4''}{2''}$ crenulata. Racemus brevis. Pedic. 4'''. Cor. eleganter coerulea.

194. V. NUMMULARIA. *Gouan. R. S.* 1. 100. Caulis totus lignosus. Fol. subrotunda subintegerrima. Racem. brevis. Pedic. 2'''. Cor. coerulea. Hab. in Pyrenaeis. ♄. D.

195. V. FRUTICULOSA, *Linn. R. S.* 1. 99. Caulis basi lignosus, Folia lanceolata et obverse lanceolata

$\frac{8''}{2''}$ Racem. brevis. Pedicelli 8″. Cor. rubella. Hab. in Alpibus europaeis. ♄. D.

196. V. ALPINA. *Linn. W. E.* 20. *R. S.* 1. 100. Caulis basi lignescens. Folia $\frac{8''}{5''}-\frac{10''}{4''}$. Racemus brevis. Pedic. 1″. Cor. rubra.

1990. V. INDICA. *Vent. R. S.* 4. 178. Menyanthes indica *Linn. W. Sp.* 1. 811. Hab. in India orientali ♃. C. Petioli radicant, ibi cum radiculis folia minora et flores. Cor. alba parva.

1991. V. OVATA. *Venten. R. S.* 4. 178. Menyanthes ovata *W. E. S.* 9. Hab. in aquis ad Prom. b. sp. ♃. T. Habitus Alismatis Damasonii.

1992. V. PARNASSIFOLIA. *Brown. R. S.* 4. 180. Menyanthes exaltata *W. E.* S. 19. Hab. in nova Hollandia ♃. T.

1993. V. SARMENTOSA. *R. S.* 4. 180. Menyanthes sarmentosa *Bot. Mag. t.* 1328. Hab. in Nova Hollandia ♃. T.

XXI. *RHODODENDREAE.*

381. AZALEA.

Linn. W. E. 187. *R. S.* 4. *XXIX.*

1994. A. PONTICA. *Linn. W. E.* 197. *R. S.* 4. 374. Nescio cur planta notissima in R. *S.* l. c. dubia vocata sit. Cor. flava.

1995. A. NUDIFLORA. *Linn. W. E.* 197. *R. S.* 4. 375. Cor. hirsuta aut coccinea aut rubra ant alba.

1996. A. VISCOSA. *Linn. R. S.* 4. 376. Hab. in sylvis et umbrosis Canadae usque ad Georgiam ♄. T. Cor. paullo minor ac in praecedente, pilis glandulosis tecta, caeterum similis, alba aut rubescens.

1997. A. GLAUCA. *Lam. W. E.* 197. *R. S.* 4. 377. Affinis A. viscosae at foliis subtus glaucis differt. Cor. alba aut rubra.

1998. A. SPECIOSA. *Willd. E. S.* 10. A. nudiflora speciosa *R. S.* 4. 375. Cal. major ac in A. nudiflora. Cor. hirsuta, nec pilis glandulosis tecta, rubra. Intermedia inter A. nudifloram et calendulaceam.

1999. A. CALENDULACEA. *Mich. R. S.* 4. 375. Hab. in America boreali. Cal. laciniis spatulatis. Cor. rubra aut aurantiaca pubescens.

2000. A. NITIDA. *Pursh. R. S.* 4. 378. In uliginosis montium Novi Eboraci ad Virginiam ♄. T. Folia minora ac in praec.

2001. A. INDICA. *Linn. R. S.* 4. 374. Hab. in Indi orientali ♄. T. Cor. punicea, lacinia superiore ma culata.

382. CHAMAELEDON.

Loiseleuria. Desvaux. R. S. 4. *XXIV.*

2002. CH. PROCUMBENS. Azalea procumbens *Lin W. E* 98. Loiseleuria procumbens *Desv. R. S.* 353. Cum Longchampiam habemus nomen mutand erat. Nimis affinis Ledo, hinc nobis permisimus n men ex chamae compositum.

XXII. *E R I C I N A E.*

383. BROSSAEA.

Lam. R. S. 4. *XXIX.*

2003. BR. COCCINEA. *Linn. R. S.* 4. 373. Hab. i S. Domingo ♄. C. Planta nostra nondum floruit glaberrima, foliis petiolo brevi $\frac{1' \ 6''}{5''}$ integerrima ne vis rubris.

384. BAEOBOTRYS.

Schreb. Maesa Forskal. Maasa R. S. 5. *XVI.*

2004. B. INDICA. *Bot. Mag. t.* 2052. Hab. in dia orientali ♄. C. Fol. $\frac{4' \ 4''}{2'}$ antrorsum denticul

XXIII. *E P A C R I D E A E.*

385. EPACRIS.

Linn. Brown. R. S. 4. *XXIX.*

2005. E. GRANDIFLORA. *W. Sp.* 1. 834. E. lo giflora *Cavan. R. S.* 4. 380 Hab. in Australia portum Jackson ♄. T. Cor. 10″ l. tubo roseo, fa limboque albido flavo.
2006. E. PULCHELLA. *Cavan. W. E.* 198. *R. S.* 4. 380. Cor. alba purpurascens.
2007. E. OBTUSIFOLIA. *Smith. R. S.* 4. 381. Hab. in Australia ♄. T. Folia Ericae. Cor. alba.

386. LYSINEMA.

Brown. R. S. 4. XXX.

L. PUNGENS. *Brown. R. S.* 4. 383. Epacris ens *Cavan. Ic.* 4. *t.* 346. Cal. imbricatus corol- ubo parum brevior non attenuato. Cor. alba limbo 4‴ l.

L. ATTENUATUM. Epacris attenuata *Loddig. Cab. t.* 38. Foliis sessilibus cordatis acuminatis entibus recurvis, calyce imbricato corollae tubo uato aequali. Hab. in Australia ♄. T. Simile edenti. Rami tenue tomentosi. Folia rigidius- glabra subcarinata $\frac{6'}{2''}$ glaberrima iutegerrima. Fl. res sessiles. Cal. imbricatus, phyllis exterioribus bus interioribus lanceolatis. Cor. incarnata tubo ore inaequali. Stylus tubo longior glaber. Ha- is varietatem corollis roseis.

387. STYPHELIA.

Smith. W. E. 835. *Brown. R. S.* 4. *XLI.*

ST. LATIFOLIA. *Brown. R. S.* 4. 468. Hab. ustralia ♄. T. Nondum floruit.

ST. VIRIDIS. *Andrews. R. S.* 4. 468. Hab. in ralia ♄. T.

ST. PAUCIFLORA. *Hort. angl.* Nondum flo-

388 LISSANTHE.

Brown. R. S. 4. XLII.

L. DAPHNOIDES. *Br. R. S.* 4. 474. Styphe- daphnoides *Smith W. Sp.* 1. 835. Hab. in Au- ia ♄. T.

389. STENANTHERA.

Brown. Prodr. 535.

ST. PINIFOLIA. *Br. Bot. Reg. t.* 218. Hab. Australia ♄. T.

390. LEUCOPOGON.

Brown. R. S. 4. XLII.

L. LANCEOLATUS. *Brown. R. S.* 4. 474. Sty- lia lanceolata *W. E.* 198. Cor. albae flocculosae.

2016. L. JUNIPERINUS. *Brown. R. S.* 4. 483. H ad portum Jackson ♄. T. Fol. 4—5″ l. angustissi supra subcanaliculata longe mucronulata vere juni rina.

391. ANDERSONIA.

Brown. R. S. 4. XXX.

2017. A. SPRENGELIOIDES. *Brown. R. S.* 4. 5 Hab. in Australia ♄. T.

XXIV. CAMPANULACEAE.

392. CAMPANULA.

Linn. W. E. 209. *R. S.* 5. *VII.*

A. Genuinae calycis limbo patulo.

a. Uniflorae.

2018. C. CENISIA. *Linn. W. Sp.* 1. 889. *R. S.* 88. Fol. cum pet. $\frac{6''}{2'''}$. Cor. 6—7‴ l. Hab. in A pibus maritimis ♃. F.

2019. C. PULLA. *Linn. W. E. S.* 10. *R. S.* 5. Fol. c. pet. $\frac{1'}{5-6'''}$. Cor. 1′ l. Hab. in Austriae S riae, Carnioliae Alpibus ♃. D.

2020. C. ZOYSII. *Jacq. R. S.* 4. 91. Hab. in Carni liae Alpibus. Fol. rad. lamina $\frac{4''}{3'''}$ caulina c. pet. Cal. reflexus. Cor. basi ventricosa. Saepe triflora.

2021. C. GRANDIFLORA. *Linn. Suppl. R. S.* 5. 1 Folia $\frac{1'\ 6''}{9'''}$. Cor. 1′ 6″. Hab. in Sibiria, Tataria ♃.

2022. C. PUBESCENS. *Schmidt. R. S.* 5. 96. Ha in rupibus Sylvae Bohemiae ♃. D. Affinis C. rotu difoliae. Pili sat longi ad basin foliorum.

2023. C. EXCISA. *Schleich. R. S.* 5. 94. Fol. $\frac{6-1}{1}$ inferiora latiora. Cor. 6 — 7‴ l. Hab. in Alp Helvetiae ♃. D. Affinis praecedenti, at folia radica angustiora, cal. reflexus, corollae forma aliena.

b. Racemosae et Paniculatae.

2024. C. ROTUNDIFOLIA. *Linn. W. E.* 209. *R. S.* 5. 9

2025. C. PUSILLA. *Haenke W. E.* 209. *R. S.* 5. 95. Folia radicalia plura persistentia ac in praec.

2026. C. LINIFOLIA. *Haenke. R. S.* 5. 101. Hab. in Alpibus Europae praesertim Sudetis ♃. D. Folia caulina latiora ac in praec. plerunque serrata.

2027. C. PATULA. *Linn. W. E.* 210. *R. S.* 5. 103.

2028. C. PERSICIFOLIA. *Linn. W. E.* 210. *R. S.* 5. 106. Hujus variet. est C. nitida *W. E.* 211.

2029. C. THYRSOIDEA. *Linn. W. E.* 212. *R. S.* 5. 130. Racemo denso, corollis ochroleucis insignis.

C. zoysii v. s.

2030. C. LOREI. Pollini *R. S.* 5. 130. C. ramosissima *Sibth. Fl. gr. t.* 204. *R. S.* 5. 118. Caulis diffusus glaber. Folia radicalia petiolata oblonga, caulina sessilia oblongo-lanceolata acuta serrulata. Cal. strigosus, laciniis longitudine corollae serrulatis glabris. Hab. in Europa australi ⊙. D.

2031. C. LOBELIOIDES. *Linn. W. E.* 210. *S.* 5. 117. Habitus singularis. Cor. alba parva.

2032. C. MARSUPIFLORA. *Hort. Gorenk. R. S.* 5. 116. Folia radicalia longe petiolata cordata duplicato-serrata, caulina $\frac{2'}{3''}$. Panicula patula. Cor. 10‴ l.

2033. C. LILIIFOLIA. *Linn. W. E.* 211. *R. S.* 5. 110. Fol. caulina $\frac{5'}{1'}$ serrata pilis sparsis. Cor. 1′ stylo demum exserto. C. suaveolens *Schrad. W. E. S.* 10. *Horn. hafn. Suppl.* 1. 23. non differt a C. liliifolia in Sibiria lecta.

2034. C. RHOMBOIDEA. *Linn. W. E.* 211. *R. S.* 5. 112. A praec. differt caule simplici, foliis brevioribus, valde tamen affinis. An C. rhomboidea Linn? Synonymon Barrelieri h. l. Folia caulina sessilia $\frac{1'\,1''}{5''}$ cor. 8—10‴ l. Ab hac non differt C. venosa *W. E. S.* 10.

2035. C. LACTIFLORA. *Marschall R. S.* 5. 130. Hab. in herbidis alpinis Caucasi circa castellum Wladi-Kaukas et in alpe Kaischaur ♃. D. Affinis praecedentibus at folia magis hirta, laciniae calycinae ovales serrulatae quae in illis lineares, flores corymbosi.

2036. C. BONONIENSIS. *Linn. W. E.* 211. *R. S.* 5. 122. Folia supra scabra, subtus dense et molli pubescentia. Flores in anthuro longo.

2037. C. RUTHENICA. *Marschall W. E.* 211. *R. S.* 5. 123. Non differt a praec. nisi foliis caulinis petiolatis.

2038. C. COLLINA. *Marschall R. S.* 5. 128. Affinis C. ruthenicae at flores racemi magis distantes longius pedicellati, folia utrinque scabra. Hab. ad Caucasum ♃. D.

2039. C. PEREGRINA. *Linn. W. E.* 212. *R. S.* 5. 131. Caulis hispidus. Folia radicalia Primulae. Flores spicati bracteis interstincti.

2040. C. CRENATA. C. ucranica *Hort.* C. neglecta *Besser Catal. Hort. Krzemin. Suppl.* 2. 6. cfr. *R. S.* 5. 121. Fol. inferiora petiolata cordata ovata et oblonga obtusiuscula crenata, superiora sensim sessilia lanceolata acuta crenulata. Racemus simplex. Bracteae inferiores foliaceae. Fl. breviter pedicellati. Calycis phylla lanceolata 4‴ l. glabra. Cor. 10″ coerulea.

2041. C. PYRAMIDALIS. *Linn. W. E.* 210. *R. S.* 5. 107.

2042. C. VERSICOLOR. *Ait.* 1. 347. *Andr. Repos.* 396. *Sibth. fl. gr. t.* 207. *R. S.* 5. 109. C. planiflora *W. E.* 210. C. Willdenowiana *R. S.* 5. 107. Humilior praecedente, corolla plana pallida fundo obscure violaceo.

2043. C. OBLIQUA. *Jacq. W. E.* 210. *R. S.* 5. 107. Cal. laciniae corollae subaequales.

2044. C. TRACHELIUM. *Linn. W. E.* 212. *R. S.* 5. 120. Hanc habemus axillis trifloris nomine C. Lychnitis.

2045. C. RAPUNCULOIDES. *Linn. W. E.* 211. *R. S.* 5. 120.

2046. C. TRACHELIOIDES. *Marschall R. S.* 5. 125. C. ucranica *Spreng. nov. prov.* 8? Affin. praec. at flores non secundi. Ped. reflexi. Calycis laciniae reflexae.

2047. C. URTICIFOLIA. *Schmidt. R. S.* 5. 119. Valde affinis praecedenti. Folia caulina petiolata. Calyces basi dense hispidi.. Hab. in Bohemia ♃. D.

2048. C. LATIFOLIA. *Linn. W. E.* 211. *R. S.* 5. 119. Caulis non semper glaber at calyces glaberrimi qui hispidi in praecedentibus.

2049. C. MACRANTHA. *Hornem. hafn. Suppl.* 1. 2... Caulis hirtus. Folia caulina sessilia $\frac{3}{2}$‴ saepe uno sin...

incisa. Ped. breves. Cal. laciniae lanceolatae ciliatae. Cor. 2′ l. dentibus acutissimis, stylo incluso. Affinis latifoliae. Hab. in Russia ♃. D.

2050. C. CARPATICA. *Linn W. E.* 210. *R. S.* 5. 93.

2051. C. FRAGILIS. *Cyrill. Enc. meth. Suppl.* 2. 63. C. diffusa *Vahl. R. S.* 5. 92. C. cochlearifolia *Lam. R. S.* 5. 152. Foliis reniformibus crenatis carnosis facile distinguitur.

2052. C. CAPENSIS. *Linn. R. S.* 5. 134. C. elongata *W. E. S.* 10. *R. S.* 5. 129. Hab. in Prom. b. sp. ♃. T. Caulis pauciflorus, pedunculi fere pedales uniflori.

c. Glomeratae.

2053. C. GLOMERATA. *Linn. W. E.* 222. *R. S.* 5. 124. Folia inferiora petiolata superiora sessilia.

2054. C. AGGREGATA. *W. E. S.* 10. *R. S.* 5. 125. Folia caulina sessilia.

2055. C. SPECIOSA. *Hornem. R. S.* 5. 126. Hab. in Sibiria ♃. D. Simillima C. glomeratae at flores majores.

2056. C. FOLIOSA. *Tenore R. S.* 5. 126. Hab. in Regno Neapolitano ♃. D. Glomeruli axillares triflori.

2057. C. CERVICARIA. *Linn. R.* S. 5. 127.

2058. C. MULTIFLORA. *Wald. et Kit. t.* 263. *R. S.* 5. 128. C. macrostachya *W. E.* 213. Flores majores ac in pr. densiores.

2059. C. HISPIDULA. *Linn. Supp. R. S.* 5. 156. Hab. in Prom. b. sp. ⊙. T. Planta parvula digiti longitudine. Folia linearia ciliata. Cal. hispidi, laciniis lanceolatis ciliatis longitudine corollae.

B. Medium, calycis laciniis alternis reflexis.

2060. C. BARBATA. *Linn. W.* 212. *R. S.* 5. 138.

2061. C. PUNCTATA. *Lam. R. S.* 5. 138. Hab. in Sibiria prope Jacutiam ♃. D. Corollae longissimae ochroleucae rubro-punctatae. Nomine C. pendulae accepimus.

2062. C. MEDIUM. *Linn. W. E.* 212. *R. S.* 5. 140.

2063. C. SPICATA. *Linn. R. S.* 5. 142. Hab. in Vallesia, Gallia meridionali ♃. D.

2063 *a.* C. ALPINA. *Linn. R. S.* 5. 142. Hab. in Alpibus noricis, rhaeticis ♃. D. Racemus densus. Cor. pallide coeruleae hirsutissimae. Willdenowius in herbario cum C. barbata commutavit.

2064. C. GUMMIFERA. *Willd. R. S.* 5. 144. C. betonicifolia *Marschall taur. cauc. l.* 153. Hab. in Caucasi subalpini saxosis circa acidula Narzana ♃. D. Cal. basi dense villoso insignis.

2065. C. LAMIIFOLIA. *Marschall t. cauc.* 1. 154. S. 144. *R. S.* 4. 144. C. macrophylla *Bot. Mag. t.* 912. Hab. in Caucaso praesertim iberico ♃. D. Cal. non villosus. Cor. alba magna.

2066. C. SIBIRICA. *Linn. W. E.* 213. *R. S.* 5. 145. In Marchia prope Cunersdorf et alibi frequens.

2067. C. SPATULATA. *Waldst. Kitaib. hung. t.* 258. C. divergens *W. E.* 212. *R. S.* 5. 145. Affinis praecedenti at racemus simplex, corollae 1′ 4″ cum in illi racemi paniculati cor. vix 6″ l.

2068. C. LINGULATA. *Waldst. Kit. W. E.* 215. *R. S.* 5. 146. Folia praec. superiora basi latiora, flores capitati.

2069. C. LANUGINOSA. *W. E.* 215. *R. S.* 5. 149. Hab. . . . ♂. D.

C. Erinoides, Cor. subinaequalis, stigma subsimplex, capsula apice dehiscens.

2070. C. ERINUS. *Linn. W. E.* 214. *R. S.* 5. 150.

D. Capsula quinquelocularis.

2071. C. AUREA. *Linn. W. E.* 213. *R. S.* 5. 109. Habitu et corollis flavis ab omnibus differt.

E. Prismatocarpus, capsulis prismaticis.

2072. C. SPECULUM. *Linn. W. E.* 214. *R. S.* 5. 152.

2073. C. FALCATA. *R. S.* 5. 145. Primatocarpus falcatus *Tenore neap. t.* 20. C. hybrida *Hort.* Frequens in Germania, spontanea prope Göttingam et alibi.

2074. C. PENTAGONIA. *Linn. R. S.* 5. 155. Hab. in Thracia ☉. D. Calycis laciniae germine multo breviores, corolla parum breviores, ciliatae. Cor. ultra 1′ l.

2075. C. PRISMATOCARPUS. *Ait. R. S.* 5. 153. Prismatocarpus nitidus *L'Herit. Sert. angl.* 2. *t.* 5. Hab. in Prom. b. sp. ☉. D. Flores aggregati. Folia $\frac{6}{2}$ serrata glaberrima.

2076. C. HYBRIDA. *Linn. W. E.* 214. *R. S.* 5. 154. Flores aggregati. Folia $\frac{8''}{3''}$ serrata hirta undulata.

593. ROELLA.

Linn. R. S. 5. *VI.*

2077. R. CILIATA. *Linn. R. S.* 5. 73. Hab. in Pr. b. sp. ♃. T. Fol. parva vix 5‴ l. rigida ciliata. Cor. alba fundo violaceo.

594. LIGTHFOOTIA.

Linn. L'Herit. R. S. 5. *XXXIX.*

2078. L. LANCEOLATA. Caule decumbente pubescente, foliis lanceolatis glabris dente uno alterove, pedunculis pubescentibus, calyce glabro corolla duplo breviore. Hab. in Prom. b. sp. ♃. T. Semina misit Bergius. Affinis L. oxycoccoidi quo nomine accepimus at folia lanceolata nec ovata. Cor. majores 4‴ l. albae et coerulescentes.

2079. L. MUSCOSA. Caule decumbente glabro, foliis lanceolatis glabris integerrimis, rameis oppositis, pedunculis glabris, calyce corolla breviore. Hab. in Pr. b. sp. ♃. T. Semina misit Bergius. Fol. $\frac{3-4''}{\frac{1}{2}''}$. Cor. 2—3‴ l. albo coerulescens.

595. PHYTHEUMA.

Linn. W. E. 216. *R. S.* 5. *XII.*

A. Capitatae aut spicatae.

2080. PH. ORBICULARE. *Linn. W. E.* 216. *R. S.* 5. 79.

2080. *a.* PH. SCHEUCHZERI. *Allion W. E.* 216. *R. S.* 5. 77. Folia superiora angustiora longiora ac in praec. Bracteae capitulo longiores.

2081. PH. BETONICAEFOLIUM. *Villars. E. S.* 5. 82. Hab. in Alpibus helveticis ♃. D. Folia inferiora longissima in petiolum attenuata lamina $\frac{4'}{6''}$. Spica cylindrica.

2082. PH. SCORZONERIFOLIUM. *Willd. W. E.* 215. *R. S.* 5. 77. Fol. inferiora longissima. Spica laxa.

2083. PH. SPICATUM. *Linn. W. E.* 214. *R. S.* 5. 83.

2084. PH. HALLERI. *Allion. R. S.* 5. 83. Ph. ovatum *W. E.* 215. Corollis saturate violaceis et stylis longioribus a praecedente differt.

B. Racemosae et Paniculatae.

2085. PH. VIRGATUM. *W. Sp.* 1. 624. *R. S.* 5. 94. Canpanula virgata *Billard. syr. t.* 6. Hab. in Libano ♂. D.

2086. PH. CANESCENS. *Waldst. Kit. W. E.* 215. *R. S.* 5. 86. Folia caulina $\frac{1' 8'}{5''}$ pilis minutis cana. Germina incana. Cor. coerulea.

2087. PH. PINNATUM. *W. Sp.* 1. 925. *R. S.* 5. 86. Hab. in Cretae montosis ♃. T. Foliis pinnatis distinctum. Cor. magnae coeruleae.

396. TRACHELIUM.

Linn. W. E. 215. *R. S.* 6. *VII.*

2088. TR. COERULEUM. *Linn. W. E.* 215. *R. S.* 5. 158.

397. JASIONE.

Linn. W. E. 209. *R. S.* 5. *XXXVIII.*

2089. J. MONTANA. *Linn. W. E.* 209. *R. S.* 5. 475.

2090. J. PERENNIS. *Lam. R. S.* 5. 473. Hab. in Gallia australi ♃. D. Caules fere 3 ped. Fol $\frac{3'}{3-4''}$. Capitulum 1' 6'' diametro. Willdenovius habebat J. humilem hujus loco in herbario, hinc non distinxit.

XXV. LOBELIACEAE.

398. LOBELIA.

Linn. W. E. 216. *R. S.* 5. *VI.*

2091. L. DORTMANNA. *Linn. R. S.* 5. 37. Hab. in Europae borealis lacubus ♃. D.

2091. *a.* L. UNIDENTATA. *Ait. R. S.* 5. 36. L. scapigera *W. E. S.* 11. Fol. $\frac{6'}{1''}$ margine scabra. Cor. 5—6' l. violacea.

2092. L. DEBILIS. *Linn. Suppl. R. S.* 5. 51. Caulis procumbens. Fol. attenuata sessilia $\frac{1}{1''}$, argute serrata

carnosula. Ped. 1′ 6″ l. Cal. 4″ Cor. 5″ violacea. Glaberrima. Hab. in Pr. b. sp. ♃. T.

2093. L. RHIZOPHYTA. *Spreng. nov. prov.* 23. *R. S* 5. 44. Hab. in Prom. b. sp. ♃. T. Reptat stolonibus. Caulis cum foliis superne subpubescens. Ped. axillares breves. Cor. coerulea.

2094. L. MINUTA. *Linn. R. S.* 5. 55. Fol. Bellidis subcrenata. Scapus 1′ l. capillaris. Cor. 2″ l. alba. L. Laurentiae minutae valde affinis.

2095. L. ILICIFOLIA. *Bot. Mag.* 1096. *R. S.* 5. 62. Folia $\frac{9''}{4''}$. Ped. 2′ l. Cor. 6—6″ alba tubo rubro.

2096. L. PUBESCENS. *Ait. W. E.* 218. *R. S.* 5. 63. Fol. inferiora petiolata, superiora sessilia $\frac{1'}{6''}$ pubescentia. Ped. axillares 1′ 6″. Cor. 6″ coerulea.

2097. L. BICOLOR. *Curt. W. E.* 218. *R. S.* 5. 62. Affin. praecedenti minus hirsuta, superne tota glabra, folia angustiora. Cor. coerulescens fauce alba, saepe tota alba (L. candida Hort.).

2098 L. DECUMBENS. L. secunda *Schrank. Hort. Mon. t.* 31. Glaberrima, fol. inferiora basi attenuata subsessilia $\frac{1'}{5''}$ serrata superiora linearia integerrima. Ped. 6—8″ l. Cal. 1″ l. Cor. 6″ l. coerulea. Hab. in Pr. b. sp. ♃. T. Non est L. secunda Thunberg.

2099. L. ERINUS. *Linn. W. E.* 218. *R. S.* 5. 60.

2100. L. ANCEPS. *Linn. Suppl. R. S.* 5. 63. Hab. in Prom. b. sp. ⊙. T. Caulibus alatis facile dignoscenda. Cor. coerulea 2—3″ l. ped. 6′ l.

2101. L. LUTEA. *Linn. R. S.* 5. 64. Caules simplices decumbentes foliosi, fol. $\frac{6'}{1-2''}$. Cor. lutea 6″ l. Hab. in Prom. b. sp. ⊙. T.

2102. L. ZEYLANICA. *Linn. W. E.* 218. *R. S.* 5. 64. Fol. $\frac{5''}{5''}$. Cor. 3—4″ l. coerulea.

2103. L. DEBILIS. *Linn. Suppl. R. S.* 5. 51. Folia $\frac{10''}{2''}$. Ped. 1′ 2″. Cor. 5—6″ coerulea. Hab. in Pr. b. sp. ⊙. T.

2104. L. CLIFFORTIANA. *Linn. W. E. S.* 11. *R. S.*

6. 53. Fol. lam. $\frac{2'}{1' 6'}$. Racemus longus. Cor. purpurascens. Hab. in Virginia, Antillis ⊙. T.

2105. L. TRIQUETRA. *Linn.* *W.* *E.* 216. *R.* *S.* 5. 44. Fol. $\frac{1'}{4'''}$. Fl. racemosi. Cor. 8''' l. coerulea.

2106. L. URENS. *Linn.* *W.* *E.* 218. *R.* *S.* 5. 54. Folia $\frac{2'}{8'''}$. Racemus longus. Cor. 5—6''' l. purpurascens.

2107. L. INFLATA. *Linn.* *W.* *E.* 207. *R.* *S.* 5. 53. Affinis praecedent. Cor. dilute violaceae. Caps. inflatae.

2108. L. SYPHILITICA. *Linn.* *W.* *E.* 217. *R.* *S.* 5. 51.

2109. L. CARDINALIS. *Linn.* *W.* *E.* 217. *R.* *S.* 5. 5b. Fol. $\frac{3'}{1'}$.

2110. L. FULGENS. *α.* *W.* *E.* 217. *Hort. ber. t.* 85. *R.* *S.* 5. 50. Follia $\frac{2-3'}{6'''}$ integerrima.

2111. L. SPLENDENS. *W.* *E.* 217. *Hort. ber. t.* 86. *R.* *S.* 5. 50. Folia $\frac{2-3'}{5-6'''}$ denticulata.

2112. L. SURINAMENSIS. *Linn.* *W.* *E.* 217. *R.* *S.* 5. 52. Fol. $\frac{3'}{1'}$. Cor. tubulosa curva ultra 1' l. purpurascens antheris exsertis barbatis.

2113. L LONGIFLORA. *Linn.* *W.* *E.* 216. *R.* *S.* 5. 45. Cor. ad. 3' l. alba.

2114 L. GIGANTEA. *Cavan.* *R.* *S.* 5. 45. Hab. in America mdridionali ♄. C.

599. GOODENIA.

Smith. *W.* *R.* 219. *R.* *S.* 5. *IV.*

2115. G. OVATA. *Smith.* *W.* *E.* 219. *R.* *S.* 5. 26. Folia $\frac{1' 4'''}{10'''}$. Cor. flava 6—8''' l.

2116. G. GRANDIFLORA. *Sims.* *W.* *E.* 219. *R.* *S.* 5. 28. Fol. $\frac{2' 4'''}{1' 8'''}$. Cor. flava 10''' l.

400. SCAEVOLA.

Linn. Brown. R. S. 5. VIII.

2117. SC. MICROCARPA. *Cavan. R. S.* 5. 163. Fol. cum. pet. $\frac{1' 4''}{7-8''}$. Cor. coerulea fundo flavo 8''.

2118. SC. SUAVEOLENS. *Brown. R.* S. 5. 166. Goodenia calendulacea *Andrews. W. E.* 219.

2119. SC. TACCADA. Frutex in caldario 2 — 3 ped. Fol. subsessilia $\frac{6' 6''}{1' 8''}$ basi attenuata in petiolum obtusa integerrima glaberrima carnosa. Ped. superne axillares subterminales brevissimi pauciflori pedicelli 4'' l. bracteis fulti linearibus 2'' ad oras villosis. Cal. 4'' l. campanulatus dentibus linearibus. Cor. alba tubo 8'' l. resecto, laciniis limbi reflexis 6' l. pilis sparsis longis. Hab. in India orientali ♄. C. An Lobelia Taccada *Gärt. fr.* 1. 119. *t.* 25.? Confusa cum Scaevola Plumieri cfr. *R. S,* 5. 161.

XXVI. CAPRIFOLIACEAE.

401. LONICERA.

Linn. W. E. 220. *R. S.* 5. *XXXV.* Lonicera et Caprifolium.

A. Volubiles.

2120. L. CAPRIFOLIUM. *Linn. W. E.* 220. Caprifolium italicum *R. S.* 5. 260. Duo paria foliorum summorum connata.

2121. L. ETRUSCA. *Savi pis.* 1. 236. Flores nudi nec foliis stipati ut in praec. Duo paria foliorum summorum connata.

2122. L. IMPLEXA. *Ait. W. E. S.* 11. Caprifolium implexum *R. S.* 5. 261. Unicum par foliorum summorum connatum.

2123. L. DIOICA. *Ait. W. E.* 220. Caprifolium dioicum *R. S.* 5. 260. L. media *Murray Com. goett.* 1776. *p.* 28. *t.* 3. L. parviflora *Lam. Pers.* 1. 223.

2124. L. FLAVA. *Bot Mag. t.* 1318. Caprifolium Fraseri *Pursh. R. S.* 5. 272. Cor. flava.

2125. L. SEMPERVIRENS. *Mich. W. E.* 220. Caprifolium sempervirens *R. S.* 5. 263. Cor. sabaequales aurantiacae.

2126. L. PERICLYMENUM. *Linn. W. E.* 220. Caprifolium Periclymenum *R. S.* 5. 262.

2127. L. JAPONICA. *Thunb. W. E. S.* 11. Caprifolium japonicum *R. S.* 5. 263. Fol. omnia petiolata et distincta. Cor. Caprifolii alba demum flavescens.

B. Non volubiles.

a. Baccis distinctis.

2128. L. NIGRA. *Linn. W. E.* 221. *R. S.* 5. 254.

2129. L. TATARICA. *Linn. W. E.* 221. *R. S.* 5. 255. Var. γ' L. sibirica dicta non solum corollas habet saturate rubras, sed major quoque est et arborescens.

2130. L. XYLOSTEUM. *Linn. W. E.* 221. *R. S.* 5. 256.

2131. L. PYRENAICA. *Linn. W. E. S.* 11. *R. S.* 5. 257. Folia e ramis junioribus fasciculata $\frac{10''}{4-5''}$ glaberrima venosa. Cor. albae.

b. Baccis connatis.

2132. L. ALPIGENA. *Linn. W. E.* 221. *R. S.* 5. 258. Folia $\frac{2'\,6''}{1'\,2''}$. Ped. 1' l. Cor. lutea.

2133. L. COERULEA. *Linn. W. E.* 221. *R. S.* 5. 259. Folia $\frac{2'}{10''}$. Ped. 4—6'' l. Cor. ochroleuca.

2134. L. IBERICA. *Marschall t. cauc.* 1. 158. 3. 149. *R. S.* 5. 257. Fol. $\frac{10''}{8''}$ hirta subtus canescentia. Hab. in saxosis circa Tiflis ♄. D.

2135. L. ORIENTALIS. *Lam. R. S.* 5. 258. Hab. in Asia minori, Iberia ♄. T.

402. DIERVILLA.

Lam. W. E. 220. *R. S.* 5. *VIII.*

2137. D. CANADENSIS. *W. E.* 222. D. Tournefortii *Mich. R. S.* 5. 159. Lonicera Diervilla *Linn. W. Sp.* 1. 989.

403. SYMPHORICARPOS.

Lam. W. E. 221. *R. S.* 5. *XVI.*

2138. S. VULGARIS. *Mich. W. E.* 221. *R. S.* 5. 222. Lonicera Symphoricarpos *Linn. W. Sp.* 1. 989.

2139. S. RACEMOSUS. *Mich. R. S.* 5. 222. Symphoria racemosa *Pursh. am.* 1. 162. Hab. ad lacum Mistassins. Cor. purpurascens.

404. TRIOSTEUM.

Linn. W. E. 222. *R. S.* 5. *XIV.*

2140. TR. PERFOLIATUM. *Linn. W. E.* 222. *R. S.* 5. 221. Caul. hirtus. Folia basi attenuata carinata. Cor. 5″ purpurea.

405. HEDERA.

Linn. W. E. 266. *R. S.* 5. *XL.*

2141. H. HELIX. *Linn. W. E.* 266. *R. S.* 5. 508.

XXVII. CUCURBITACEAE.

406. GRONOVIA.

Linn. W. E. 266. *R. S.* 5. *XL.*

2142. GR. SCANDENS. *Linn. W. E.* 266. *R. S.* 5. 491. Folia semiquinqueloba urentia.

XXVIII. RUBIACEAE.

407. PAEDERIA.

Linn. W. E. 273. *R. S.* 4. *XLIX.*

2143. P. FOETIDA. *Linn. W. E.* 273. *R. S.* 4. 523. Folia pet. 7″ l. lamina $\frac{1' \, 8''}{8''}$. Cor. alba.

408. PORTLANDIA.

Linn. W. R. S. 5. *III.*

2144. P. GRANDIFLORA. *Linn. R. S.* 5. 21. Cor. alba maxima 6′ l.

409. PSYCHOTRIA.

Linn. W. E. 219. *R. S.* 5. *X.*

2145. PS. UNDATA. *Jacq. W. E.* 219. *R. S.* 5. 187. Folia $\frac{3'}{1' \, 8''}$. Cor. alba vix 3″ l.

2146. P. CITRIFOLIA. *Swartz. R. S.* 5. 173. Hab. in insulis Bahamensibus ♄. C.

410. COFFEA.

Linn. W. E. 219. *R. S.* 5. *XI.*

2147. C. ARABICA. *Linn. W. E.* 219. *R. S.* 5. 195

411. CEPHAELIS.

Lam. R. S. 5. *XII.*

2148. C. PEDUNCULATA. *Salisb. Parad. t.* 103 Hab. in Sierra Leona ♄. C. Nondum floruit.

412. VANGUERIA.

Jussieu R. S. 5. *XIV.*

2149. V. SPINOSA. *Hort. hort.* Caulis spinis 6''' 1 sub foliis. Fol. subpetiolata parum acuminata integerrima glaberrima $\frac{1' \ 10''}{1' \ 6''}$. Nondum floruit. Hab.... ♄. C.

413. CHIOCOCCA.

Linn. W. E. 219. *R. S.* 5. *XI.*

2150. CH. RACEMOSA. *Linn. W. E.* 220. *R. S.* 5. 201. Fol. c. pet. $\frac{2'}{1' \ 9'''}$. Cor. alba 5'. Habitus Iasmini.

414. EXOSTEMMA.

Richard. R. S. 5. *III.*

2151. E. CARIBAEUM. *Rich. R. S.* 5. 18. Cinchona caribaea *Jacq. Linn. W. Sp.* 1. 959. Hab. in Caribaeis ♄. C. Rami tuberculati a foliis delapsis. Fol. in pet. 5' attenuata $\frac{1' \ 6''}{8' - 10''}$.

2152. E. FLORIBUNDUM. *Rich. R. S.* 5. 17. Hab. in insulis Caribaeis ♄. C. Fol. $\frac{1' \ 8'}{1'}$ utrinque attenuata.

415. PINKNEYA.

Michaux Fl. amer. bor. 1. 103. *t.* 13.

2153. P. PUBESCENS. *Mich. Pers. syn.* 1. 197. Cinchona caroliniana *Poiret. R. S.* 5. 15. Hab. in Georgia ♄. C.

416. SE.

416. SERISSA.

Jussieu. R. S. 5. XII.

1154. SE. FOETIDA. *Willd. E.* 246. *R. S.* 5. 203. Cor. alba plana.

417. CANTHIUM.

Lam. R. S. 5. XII.

1155. C. CORYMBOSUM. *Pers. R. S.* 5. 206. Webera corymbosa *W. Sp.* 1. 1224. Hab. in Malabaria et Ceylona ♄. C.

1156. C. CHINENSE. *Pers. R. S.* 5. 204. Gardenia spinosa *Thunb. W. Sp.* 1. 1229. Randia spinosa *Enc. meth. Suppl.* 2. 829. Hab. in India orientali ♄. C.

418. MORINDA.

Linn. R. S. 5. XII.

1157. M. UMBELLATA. *Linn. R. S.* 5. 214. Hab. in India orientali ♄. C.

1158. M. BRACTEATA. *Hort. angl.* Folia subsessilia $\frac{3'}{1'\,2''}$ acuta integerrima glaberrima. Stipulae lanceolatae reflexae. Nondum floruit.

1159. M. ROYOC. *Linn. R. S.* 5. 216. Hab. in America calidiore ♄. C. Folia $\frac{2'\,4''}{1'}$ acuta basi attenuata integerrima glaberrima. Capitula florum axillaria pedunculata. Cor. alba.

419. POSOQUERIA.

Jussieu. R. S. 5. XVI.

1160. P. LONGIFLORA. *Aubl. R. S.* 5. 227. Glabra. Fol. in petiolum attenuata acuta subrepanda $\frac{5'}{2'\,5''}$. Hab. ad ripas fluviorum in Guyana ♄. C.

1161. P. LONGISPINA. *Hort. angl.* Fol. basi longe attenuata acuta integerrima glaberrima $\frac{2'}{10''}$. Nondum floruit. Varias habemus species huic similes, quae vero nondum floruere.

420. GARDENIA.

Linn. W. E. 273. *R. S.* 5. *XVII.*

A. Inermes.

2162. G. RADICANS. *Thunb. R. S.* 5. 235. in Japonia ♄. T.
2163. G. FLORIDA. *Linn. W. E.* 273. *R.* S. 5. Fol. c pet. $\frac{3'}{1'6'}$. Cor. alba et ochroleuca frag Varias hujus colimus varietates.
2164. G. THUNBERGIA. *Linn. W. E.* 273. *R.* 237. Fol. $\frac{2'10''}{1'2''}$ apice acuminata basi attenuata dulata.
2165. G. LATIFOLIA. *Ait. R. S.* 5. 238. Hal petrosis nudis in the northorn Circars and Carı ♄. C.
2166. G. ROTHMANNIA. *Linn. Suppl. R. S.* 5. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T.

B. Spinosae.

2167. G. MICRANTHA. *Thunb. R. S.* 6. 242. in China et Ceylona ♄. T.

422. OXYANTHUS.

Decand. R. S. 5. *XVI.*

2169. O. SPECIOSUS. *Dec. R.* S. 5. 228. Garc tubiflora *Andr. t.* 183. Hab. in Sierra Leona ♄.

423. RANDIA.

Linn. R. S. 5. *XXXIV.*

2170. R. ACULEATA. *Linn. R. S.* 5. 246. Gard Randia *Swartz. W. Sp.* 1. 1230. Hab. in fruti aridis Jamaicae; Martinicae; Vera Crux ♄. C.
2171. R. LONGIFLORA. *Lam. R. S.* 5. 248. (denia multiflora *W. Sp.* 1. 1231. Hab. in India oı tali ♄. C. Fol. subsessilia $\frac{2'2''}{1'2''}$. Cor. alba 1'6''-1'

424. RONDELETIA.

Linn. W. E. 216. *R. S.* 5. *XVII.*

2172. R. AMERICANA. *Linn. R. S.* 5. 229. Hab. in America meridionali ♄. C.

2173. R. RACEMOSA. *Swartz. R. S.* 5. 231. *W. E.* 216. Fol. $\frac{5'}{9''}$ basi attenuata acutata. Cor. alba parva.

425. HAMELLIA.

Linn. W. E. 220. *R. S.* 5. *XX.*

2174. H. PATENS. *Linn. W. E.* 220. *R. S.* 5. 265. Fol. in petiolum attenuata $\frac{4'}{1'\,4''}$ mollia. Pe'. 1' l. ruber.

2175. H. CHRYSANTHA. *Swartz. W. E.* 220. *R. S* 5. 265.

2176. H. GRANDIFLORA. *L'Herit. Ait.* Kew. 1. 229 H. ventricosa *Pers. R. S.* 5. 266. Hab. in Jamaicae collibus et fruticetis aridis ♄. C. Cor. magna 1' l. flava.

XXIX. *UMBELLIFERAE.*

426. LAGOECIA.

Linn. W. E. 267. *R. S.* 5. *XII*

2177. L. CUMINOIDES. *Linn. W. E.* 268. *R. S.* 5. 511

XXX. *RHAMNOIDEAE.*

427. RHAMNUS.

Linn. W. E. 249. *R. S.* 5. *XXIII.*

A. Spinosae.

2178. RH. CATHARTICUS. *Linn. W. E.* 249 *R. S.* 5. 276.

2179. RH. TINCTORIUS. *Waldst. Kit. W. E. S.* 12. *R. S.* 5. 276.

2180. RH. SAXATILIS. *Linn W. E.* 250. *R. S* 5. 277.

2181. RH. INFECTORIUS. *Linn. W. E.* 249. *R. S.* 5. 278. Fol. parva $\frac{8''}{4''}$.

2182. RH. LYCIOIDES. *Linn.* *R.* *S.* 5. 280. Hab in Europa australi ♃. T. Fol. $\frac{10''}{1'''}$.

2183. RH. THEEZANS. *Linn.* *R.* *S.* 5. 281. Hab in China ♄. T.

2184. RH. ERYTROXYLON. *Pall.* *R.* *S.* 5. 282. Hab in Sibiria ad Selengam ♄. T.

Inermes.

2185. RH. ALPINUS. *Linn.* *W.* *E.* *S.* 12. *R.* *S.* 5 285. Fol. $\frac{2'}{1'\ 3''}$ lineata.

2185. *a.* RH. ALNIFOLIUS. *L'Herit.* *W.* *E.* *S.* 12. *R* *S.* 5. 286. Hab in America boreali ♄. T. Affini praec. Folia subtus pilis flavescentibus in venis

2186. RH. FRANGULA. *Linn.* *W.* *E.* 250. *R.* *S.* 5 287.

2187. RH. LATIFOLIUS. *L'Herit.* *W.* *E.* *S.* 12. *R* *S.* 5. 287.

2188. RH. PRINOIDES. *L'Herit.* *W.* *E.* S. 12. *R* *S.* 5. 288. Fol. $\frac{1'\ 9''}{9'''}$. Hab. in Prom. b. sp. ♄. T

2189. RH. HYBRIDUS. *L'Herit.* *W.* *E.* *S.* 12. *R.* *S* 5. 289. Fol. $\frac{3'}{1'\ 6''}$; serraturae mucionulo incurv unde crenata apparent.

2190. RH. GLANDULOSUS. *Ait.* *W.* *E.* *S.* 12. *R* 5. 290. Fol. $\frac{2'\ 6''}{1'\ 3''}$. Glandulae magnae in superfici foliorum juxta nervum duae vel tres.

2191. RH. ALATERNUS. *Linn.* *W.* *E.* 260. *R.* *S* 5. 290. Rh. Clussii *W.* *E.* 250. *R.* *S.* 291. I Lusitania saepe visus ab Alaterno non differre vi detur.

2192. RH. LONGIFOLIUS. *Desfont.* *Courset.* *Bot* *Cultivat.* 6. 260. Rh. Willdenowiana *R.* *S.* 5. 29 Folia $\frac{2'}{10''}$ serrata serraturis mucronulo inflexo, subtu axillis pilosis. Non est cur nomen mutes, nam Rh longifolia Mill. non differt a Rh. infectoria, et specie Willdenowiana non est.

2193. RH. TETRAGONUS. *Linn.* *Suppl.* *R.* *S.* 5. 29 Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Folia in nostro parva sub

sessilia ovalia acuta integerrima carnosa. Rami tetragoni.

428. ZIZYPHUS.

Lam. R. S. 5. XXVII.

A. Genuini. Disco floris carnoso.

2195. Z. LOTUS. *Lam. W. E.* 250. *R. S.* 5. 334. Rhamnus Lotus *Linn. W. Sp.* 281.
Z. sinensis *Lam. W. E. S.* 12. *R. S.* 5. 335. Hab. in China? ♄. T. Periit.

2196. Z. SPINA CHRISTI. *W. E.* 251. *R. S.* 5. 339. Rhamnus Spina Christi *Linn. Sp.* 282.

2197. Z. VULGARIS. *Lam. R. S.* 5. 341. Rhamnus Zizyphus *Linn. Syst.* 196. Hab. in Enropa australi et Oriente.

2198. Z. MUCRONATUS. *W. E.* 251. Z. bubalinus *R. S.* 5. 334. Hab in Prom. b. sp. ♄. T.

B. Oenoplia, disco floris carnoso nullo.

2199. Z. VOLUBILIS. *W. E.* 251. Oenoplia volubilis *Linn. Suppl.* 152. Frutex in Willd. *willd. Baumz.* 547. bene descriptus, nec aliis dubiis premitur, nisi quae a varietate fruticis spontanei et culti et varia describendi methodo oriuntur. Cfr. *R. S. l. c.*

429. PALIURUS.

Lam. R. S. 5. XXVII.

2200. P. AUSTRALIS. *Gärtn. R. S.* 5. 342. Rhamnus Paliurus *Linn. Sp.* 281. Zizyphus Paliurus *W. E.* 251. Fol. serrulata obtusa $\frac{1' 6''}{10'''}$. Flores corymbosi axillares.

430. ELAEODENDRON.

Jacq. W. E. 261. R. S. 5. XXVIII.

2201. EL. ORIENTALE. *Jacq. W. E.* 261. *R. S.* 5. 344.

2202. EL. AUSTRALE. *Venten. W. E. S.* 12. *R. S.* 5. 344. Hab. in Australia ♄. T. Fol. pet. 4''' l. lamina $\frac{3' 3''}{1' 5''}$ crenata coriacea. Cal. 4 fidus laciniis ro-

tundatis duabus latioribus. Petala quatuor 1‴ virentia. Discus carnosus cui stamina et germen immersa. Genus certe proprium cui nomen Portenschlagiae restituendum, v. s.

431. PHYLICA.

Linn. W. E. 251. *R. S.* 5. *XXXIX.*

A. Bracteae calyce tomentoso breviores.

2203. PH. ERICOIDES. *Linn. W. E.* 251. *R. S.* 5. 477.

2204. PH. ACEROSA. *W. E.* 252. *R. S.* 5. 478. Valde affinis praecedenti, major, ramis longioribus gracilioribus. Folia juniora magis hirsuta. omnia punctis resinosis adspersa.

2205. PH. STIPULARIS. *Linn. W. E.* 253. *R. S.* 5. 480. Stipulis minutis fuscis dignoscenda. Cal. laciniae elongatae.

2206. PH. AUSTRALIS. Caule hirto, foliis lanceolato-linearibus margine reflexis supra glabris subtus incano-tomentosis, capitulis terminalibus, laciniis calycinis extus tomentosis ovatis obtusiusculis. Hab. in Australia? ♄. T. An Ph. parviflora *Linn. R. S.* 5. 478? Aff. Ph. rubrae Herb. Willd. at caulis hirsutus nec tenui tomentosus. Fol. 4‴ l. ½‴ lat. pet. brevissimo. Capitula minuta.

2207. PH. ROSMARINIFOLIA. *Lam. W. E.* 253. *R. S.* 5. 485.

2208. PH. PANICULATA. *Willd. W. E.* 253. *R. S.* 5. 486. Fol. $\frac{7'''}{3'''}$ basi attenuata. Flores subpaniculati.

2209. PH. CORDATA. *Linn. R. S.* 5. 487. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Folia cordata longe acutata rigida, nervosa subtus tomentosa supra pubescentia.

2210. PH. BUXIFOLIA. *Linn. W. E.* 253. *R. S.* 5. 487. Fol. $\frac{10'''}{5'''}$ basi ovata subtus tomentosa supra juniora punctis tomentosis adspersa.

2211. PH. ORIENTALIS. *W. E. S* 12. Valde affinis praecedenti nec nisi foliis praesertim junioribus longioribus angustioribus et ramulis nervisque albicantibus nec flavicantibus distincta.

B. Bracteae calyce villoso longiores.

2212. PH. CAPITATA. *Thunb. W. E.* 252. *R. S.* 5. 484. Cal. deflorati laciniae arcte conniventes quasi in rostrum.

2213. PH. PUBESCENS. *W. E.* 252. Ph. Commelini *Spreng. R. S.* 5. 484. Affinis praecedenti. Calyces deflorati laciniae patentes.

2214. PH. PUMILA. *W. E.* 252. *R. S.* 5. 489. Valde affinis praecedenti at minor, bracteae 6″ l. quae in praecedente 1′ l.

2215. PH. CYLINDRICA. *W. E.* 253. *R. S.* 5. 489. Bracteis brevioribus deliquescentibus spicam seu comam exacte cylindricam format.

2216. PH. ERIOPHORA. *Berg. R. S.* 5. 478. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Fol. in nostra $\frac{6''}{3'''}$ juniora supra pilis longis adultiora calvescentia, omnia subtus incano-tomentosa.

2217. PH. PLUMOSA. *Linn. R. S.* 5. 483. Hab. in Prom. b. sp. ♄. T. Folia in nostra $\frac{6''}{2'''}$ juniora supra pilosa adultiora calvescentia omnia subtus tomentosa. Capitula parva, bracteae minores, calyces longiores villosi.

2218. PH. CALLOSA. *Linn. W. E. S.* 12. *R. S.* 5. 488. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Folia cordata supra papillata. Fl. capitati.

432. STAAVIA.

Linn. R. S. XXIX.

2219. ST. GLUTINOSA. *Thunb. R. S.* 5. 346. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Nostra planta exacte similis St. glutinosae spontaneae at multo minus glutinosa. Nomine St. radiatae accepimus at calycis radii in hac multo breviores latiores obtusi.

433. BRUNIA.

Linn. W. E. 260. *R. S.* 5. *XXXII.*

2220. BR. NODIFLORA. *Linn. R. S.* 5. 409. Hab. in Pr. b. sp. freq. ♄. T.

2221. BR. LANUGINOSA. *Linn. W. E.* 260. *R. S.* 5. 410. Folia tenuissima pilosa.

2222. BR. ABROTANOIDES. *Linn. W. E.* 260. *R. S.* 5. 412. Folia rigida multo latiora ac in praeced. Capitula terminalia.

2223. BR. SUPERBA. *Donn. W. E.* 260. *R. S.* 412.

434. PLECTRONIA.

Linn. R. S. 5. *XL.*

2224. BL. VENTOSA. *Linn. R. S.* 5. 470. Hab. Pr. b. sp. ♄. T.

435. POMADERRIS.

Labillard. Pomatoderris *R. S.* 5. *XXXII.*

2225. P. APETALA. *Labill. W. E. S.* 13. *R. S.* 415. Fol. $\frac{3'}{1'\,6''}$ rugosa subtus tomentosa inaequaliter crenata. Hab. in Australia ♄. T.

2226. P. ELLIPTICA. *Labill. R. S.* 5. 414. Fol. $\frac{1'\,8''}{10''}$ non rugosa subtus tomentosa.

2227. P. ACUMINATA. Folia lanceolata $\frac{3'}{1}$ acuta subdenticulata non rugosa subtus cano tomentosa. Flores paniculati termtnales. Rami subtomentosi. Petioli 4″ l. Folia supra viridia opaca subtus cana nervis flavescentibus. Panicula terminalis subeffusa. Bracteae scariosae deciduae. Petala parva alba. Affinis praecedenti, folia longiora. An var? Hab. in Australia ♄. T.

2228. P. LANIGERA, *Bot. Mag.* 1823. Ceanothus laniger *Bot. Repos. t.* 569. Hab. in Australia ♄. Folia ut in praec. cui adfinis at lana ferruginea subtecta. Folia flavescentia.

2229. P. PHYLICIFOLIA. *Loddig. Bot. Cab. t.* 1 Folia linearia $\frac{5''}{1''}$ iutegerrima supra scabro hirsuta subtus cano tomentosa. Thyrsi terminales. Flores axillari. Rami hirsuti. Pet. brevissimi. Folia margine reflexa; in superiore pagina pili prominentiae impositi. Thyrsi in apicibus ramulorum. Pedicelli hirsuti. Bracteae scariosae deciduae. Cal. extus hirsutus. Germen pubescens. Stigma quadripartitum. Hab. in Australia ♄. T.

436. CEANOTHUS.

Linn. W. E. 254. R. *S.* 5. *XXIII.*

2230. C. AMERICANUS. *Linn. W. E.* 254. *R. S.* 5. 295.
2231. C. AFRICANUS. *Linn. W. E.* 254. *R. S.* 5. 298. Frutex stipulis carnosis distinctissimus.
2232. C. DISCOLOR. *Venten. W. E. S.* 13. *R. S.* 5. 299. Hab. in Australia ♄. T.
2233. C. COERULEUS. *Lagasc. R. S.* 5. 298. Hab. in N. Hispania ♄. T.

436. a. PITTOSPORUM.

Solander. Aiton. W. E. 261. *R. S.* 5. *XXXIII.*

2234. P. CORIACEUM. *Ait. W. E.* 261. *R.* S. 5. 430. Fol. cum pet. $\frac{3'}{1'}$. Pedunculi terminales gemmacei 6″ l. multiflori. Flos. 5″ l. Cor. albo-virens.
2235. P. TOBIRA. *Aiton R. S.* 5. 430. P. sinense *Donn. Hort.* Evonymus Tobira *Thunb. W. Sp.* 1. 1130. Hab. in Japonia et China ♄. T. Rami juniores pubescentes. Fol. pet. 2″ l. lamina $\frac{2'}{1'}$ in petiolum attenuata juniora obtusiuscula adultiora emarginata reticulata glaberrima. Panicula arcta ramis pubescentibus. Cor. 3″ l. petalis albis oblongis. Germen tomentosum. Habemus et nomine P. arbutifolii.
2236. P. REVOLUTUM. *Ait. R. S.* 5. 431. Hab. in Australia ♄. T. Rami ferrugineo-tomentosi. Folia lam. $\frac{3'}{1'\ 3''}$ in petiolum 4″ l. attenuata repanda undulata subtus ferrugineo tomentosa. Racemus terminalis brevis; bracteae lineares pedicellis subaequales. Pedicelli tomentosi. Cal. 2″ l. phyllis oblongis fuscis. Cor. 5—6 lin longa; petala apice reflexa viridi flavicantia extus hirsuta.
2237. P. UNDULATUM. *Andr. W. E.* 261. *R. S.* 5. 431. Fol. $\frac{4-5'}{1'}$ in petiolum 6″ l. attenuatum. Cal. phyllis 3″ l. linearibus. Petala minus conniventia 5—6″ l. reflexa alba.
2238. P. HIRSUTUM. *W. E.* 261 *R. S.* 5. 432. Fo-

lia $\frac{3' 4''}{1' 2''}$ juniora subtus praesertim in nervis tenue tomentosa, adulta calvescentia.

437. CELASTRUS.

Linn. W. E. 255. *R. S.* 5. *XXXIII.*

A. Inermes.

2239. C. LUCIDUS. *Linn. R. S.* 5. 417. Hab. in Prom. b. sp. ♄. T. Fol. $\frac{1' 6''}{9''}$ glaberrima reticulata.

2240. C. SCANDENS. *Linn. W. E.* 255. *R. S.* 5. 418.

B. Spinosae.

2241. C. BUXIFOLIUS. *Linn. W. E.* 255. *R. S.* 5. 425. Fol. cum pet. $\frac{1' 8''}{8''}$. Pedunculi axillares foliis longiores cymigeri. Cor. alba.

2242. C. PYRACANTHA. *Linn. W. E.* 256. *R. S.* 5. 426. Fol. cum petiolo $\frac{2'}{8'\ 10''}$. Cor. alba, disco floris carnoso rubente.

438. EVONYMUS.

Linn. W. E. 255. *R. S.* 5. *XXXVI.*

2243. E. EUROPEUS. *Linn. W. E.* 255. *R. S.* 5. 464.

2244 E. VERRUCOSUS. *Linn. W. E.* 256. *R. S.* 5. 462.

2245. E. LATIFOLIUS. *Scop. W. E.* 256. *R. S.* 5. 465.

2246. E. ATROPURPUREUS. *Jacq. W. E.* 256. *R. S.* 5. 466. Cor. atropurpurea.

2247. E. AMERICANUS. *Linn. W. E.* 256. R. *S.* 5. 466. Folia subsessilia $\frac{1' 10''}{8''}$.

439. BURSARIA.

Cavan. R. S. 5. *XXXI.*

2248. ! B. SPINOSA. *Cavan. R. S.* 5. 407. Itea spinosa *Andr. Rep. t.* 313. Hab. in Australia ♄. T. Frutex elegans, foliis Myrti $\frac{7''}{2''}$. Racemi floribus albis.

440. ITEA.

Linn. W. E. 261. *R. S.* 5. *XXXI.*

2249. IT. VIRGINICA. *Linn. W. E.* 261. *R. S.* 5. 407. Fol. pet. 2—4″ l. lamina $\frac{2}{10}$. Racemus longus e floribus albis.

2250. IT. CYRILLA. *L'Herit. W. Sp.* 1. 1147. Cyrilla racemiflora *Linn. Mant.* 50. *W. E. S.* 13. Cyrilla caroliniana *Mich. R. S.* 5. 408. Hab. in Carolinae arenosis ♄. T.

XXXI. *TEREBINTHACEAE.*

441. TODDALIA.

Lam. R. S. 5. *XXIV.*

2251. T. ASIATICA. *Lam. R. S.* 5 522. T. acutata *Pers. syn* 1. 249. Scopolia aculeata *Smith. W. Sp.* 1. 1015. Paullinia asiatica *Linn. Sp.* 524 Hab. in India orientali ♄. C. Caulis, petioli, nervi foliorum saepe aculeis incurvis frequentibus. In varietate nervi foliorum inermes, foliola vero antice serrata.

XXXII. *VINIFERAE.*

442. VITIS.

Linn. W. E. 267. *R. S.* 5. *XXIII.*

2252. V. VINIFERA. *Linn. W. E.* 267. *R. S.* 5. 300.

2253. V. LABRUSCA. *Linn. W. E.* 267. *R. S.* 5. 316.

2254. V. VULPINA. *Linn. W. E.* 267. *R. S.* 5. 317. Fol. subtriloba grosse serrata, serraturis calloso-mucronatis.

2255. V. LACINIOSA. *Linn. W. E.* 267. *R. S.* 5. 319.

2256. V. RIPARIA. *Mich. W. E. S.* 13. *R. S.* 5. 319. Hab. in America boreali a Pensylvania ad Carolinam ♄. D. Folia adultiora magis triloba. Fasciculi pilorum fuscescentium inter pilos albos nervorum folii.

2257. V. INDIVISA. *W. E. S.* 13. Cissus Ampelopsis *Pers. syn.* 1. 142. Ampelopsis cordata *Mich. R. S.* 5. 321. Hab. in Pensylvania ad Carolinam ♄. T. Folia subcordata et deltoidea, serraturis apice mucronulatis.

2258. V. QUINQUEFOLIA. *Lam. Ill.* 2816. V. hederacea *W. E.* 267. Ampelopsis quinquefolia *Mich. R. S.* 5. 321. Hedera quinquefolia *Linn. Sp.* 292.

2259. V. ARBOREA. *Linn. W. E.* 267. Ampelopsis bipinnata *Mich. R. S.* 5. 322.

2260. V. DENTATA. Foliis cordatis subquinquelobis inaequaliter mucronato-serratis scabriusculis. Habitat . . . ♄. T. Mucronuli in serraturis fusci. Petioli glandulis induratis scabri. Nondum floruit, dubia planta. *Hort. vindob.*

XXXIII *RIBESINAE.*

443. RIBES.

Linn. W. E. 262. *R. S.* 5. XL.

A. Inermia.

2261. R. RUBRUM. *Linn. W. E.* 262. *R. S.* 5. 491

2262. R. PETRAEUM. *Wulf. W. E* 262. *R. S.* 5 493. Flores purpurascentes.

2263. R. PROSTRATUM. *L'Herit. R. S.* 5. 495. *R* glandulosum *Ait. W. Sp.* 1. 1254. Hab. in America boreali ♄. D.

2264. R. ALPINUM. *Linn. W. E.* 262. *R. S.* 5. 495 R. multiflorum *W. E. S.* 13. non differt.

2265. R. AUREUM. *Pursh. R. S.* 5. 497. Hab. ad ripas fluviorum Missonri et Columbiae ♄. D. Flores flavi ad 6″ l. odoris suavis.

2266. R. NIGRUM. *Linn. W. E.* 262. *R. S.* 5. 498

2267. R. FLORIDUM. *L'Herit. W. E.* 262. R. pensylvanicum *Encl. meth.* 4. 49. Affine R. nigro at corollae cylindraceae.

B. Aculeata.

2268. R. TRIFLORUM. *W. E.* 263. *R. S.* 5. 501 R. stamineum *Hornem. hafn.* 237. R. rotundifolium *W. E. S.* 13. non differt. Ped. triflori.

2269. R. DIACANTHA. *Linn. W. E.* 263. *R. S.* 5 5. 502. Folia Grossulariae at basi attenuata.

2270. R. GROSSULARIA. *Linn. W. E.* 263. *R. S.* 5. 503.

2271. R. UVA CRISPA. *Linn. W. E.* 263. *R. S.* 5 505.

XXXIV. *RUTACEAE.*

444. CALODENDRON.

Thunb. R. S. 5. *XXXVI.*

2272. C. CAPENSE. *Thunb. R. S.* 5. 463. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Fol. $\frac{4'}{1'5'}$ glandulis pellucidis instructa.

445. DIOSMA.

Linn. W. E. 257. *R. S.* 5. *XXXV.*

2273. D. PECTINATUM. *Thunb. W. E.* 268. *R. S.* 5. 453. Fol. 7‴ l. carinata rigida ciliata.
2274. D. TENUIFOLIUM. *W. E.* 258. *R. S.* 5. 454. Folia ut in praec. at glabra.
2275. D. BRUNIADES. Ramis hirtis, foliis linearibus tenuissimis acutis margine glandulis ciliisque sparsis, floribus terminalibus aggregatis. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Fol. 5‴ l. Ped. 4‴ l. Petala basi sensim attenuata. Filam. basi hirsuta. Parastemones petaliformes. Foliis praec. affine, floribus Agathosm.
2276. D. HIRSUTUM. *Linn. W. E.* 257. *R. S.* 5. 454. Folia ut in praec. at undique molli pilosa.
2277. D. OPPOSITIFOLIUM. *Linn. R. S.* 5. 467. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Folia canaliculata ciliata 3—4‴ longa.
2278. D. SUCCULENTUM. *Wendl. W. E.* 258. *R.* 5. 456. Folia canaliculata acuta 5—6‴ l. ciliata non punctata saepe paribus alternatim erectis alternatim adpressis. D. rigidulum *W. E. S.* 12. vix differt.
2279. D. CUPRESSINUM. *Thunb. W. E.* 258. *R. S.* 5. 458. Brunia uniflora *Linn. W. Sp.* 289. Fol. 1‴ longa adpressa.
2280. D. ALBUM. *Thunb. W. E.* 257. Adenandra alba. *R. S.* 5. 451, Fol. carinata 5‴ l. acutissima rigida margine scabriuscula.
2281. D. TERETIFOLIUM. *Hort. angl.* Foliis linearibus supra convexis subtus canaliculatis obtusis pubescentibus. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Rami pubescentes. Folia densa 4—5‴ l. undique pilis minutis exstantibus. Nondum floruit. An igitur hujus generis?
2282. D. TENUISSIMUM. *Loddiges Cat. W. E. S.* 12. Fol. vix 2‴ l. longa remotiuscula subtriquetra glabra.

446. AGATHOSMA.

W. *E*. 259. *Bucco*. *Wendl*. *R*. *S*. 5. *XXXV*.

Petala minora parastemones sunt.

2283. A. VILLOSUM. *W*. *E*. *S*. 259. Bucco vill *Wendl*. *R*. *S*. 5. 438. Fol. 4—5''' l. simillima liis D. succulenti at infra tota hirsuta. Bucco nom generis avium est, hinc malum.

2284. A. PUBESCENS. *W*. *E*. 259. Bucco obtu *Wendl*. *R*. *S*. 5. 438. Diosma pubescens *Thunb*. *F* *Sp*. 1. 1138. Fol. $\frac{5''}{1'''}$ obtusa subreflexa ciliata et p lis parvis sparsis pubescentia.

2285. A. IMBRICATUM. *W*. *E*. 259. Bucco imbric *Wendl*. *R*. *S*. 5. 439. Diosma imbricata *Thunb*. *F* *Sp*. 1. 1137. Folia $\frac{2''}{1'''}$ haud imbricata sed quia par ita videntur, glabra ciliata.

2286. A. ACUMINATUM. *W*. *E*. 260. Bucco ac minata *Wendl*. *R*. S. 5. 440. Fol. $\frac{4''}{3'''}$ acuta glab ciliata patentia longe acutata.

2287. A. CILIATUM. Diosma ciliatum *Linn*. *R*. *S* 5. 429. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Fol. $\frac{4''}{1'''}$ cilia brevius acutata ac in pr. cui affine.

2288. A. RUGOSUM. Diosma rugosum *Thunb*. *R*. *S* 5. 429. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Affine pr. Fo lia $\frac{6''}{1-2'''}$.

2289. A. PULCHELLUM. Bucco pulchella *R*. *S*. 5 438. Diosma pulchellum *Thunb* *W*. *Sp*. 1. 114 Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Folia $\frac{3''}{2'''}$.

2290. A. REFLEXUM. Diosma reflexa. *Loddig*. *Cata* Ramis glabris, foliis linearibus acutis apice subrefle margine et subtus glandulis seriatis. Hab. in Pr. sp. ♄. T. Hort. angl. Fol. densa 7''' l. angustis ma supra plana subtus convexiuscula longe acuta subreflexa. Nondum floruit. An igitur hujus generi

447. ADENANDRA.

Linn. *W*. *E*. 256. *R*. *S*. 5. *XXXV*.

A. UNIFLORA. *W*. *E*. 256. *R*. *S*. 5. 449. Dio

ma uniflora *Thunb. W. Sp.* 1. 1139. Fol. $\frac{6''}{1''}$ glabra juniora ciliata. Flor. 6″—7‴. Cal. ciliati.

2292. A. FRAGRANS. *R. S.* 5. 451. Diosma fragrans *Bot. Mag. t.* 1519. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Folia $\frac{8''}{2''}$ obtusa apiculo cartilagineo.

2293. A. AMOENUM. Diosma amoenum *Loddig. Bot. Cat.* 161. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Affinis pr. at corollae amoene rubrae.

2294. A. OVATUM. Bucco ovata *R. S.* 5. 442. Diosma ovatum *Thunb. W. Sp.* 1. 1139. Hab. in Prom. b. sp. ♄. T. Fol. $\frac{4''}{2''}$ glaberrima subtus punctata subcrenata.

2295. A. SPECIOSA. Diosma speciosa. *Sims. Bot. Mag. t.* 1271. Adenandra umbellata *W. E.* 257. Valde affinis praeced. Folia majora $\frac{1'}{3''}$ omnia ciliata, Fl. majores 8″—9″ l. Calyces basi ciliati.

2296. A. CORDATA. Barosma odorata *W. E. S.* 12. *R. S.* 5. 448. Foliis latioribus a praecedente differt.

2297. A. SERRATIFOLIA. Barosma serratifolia *W.* 257. *R. S.* 5. 449. Diosma serratifolium *Ait. Kew.* 2. 32. Barosma non differt ab Adenandra. In Adenandra parastemones stamina sterilia, in Barosmate petala vocantur. Cal. in Barosmate fere monophyllus, in Adenandra fere polyphyllus. Species in his generibus secundum habitum disposuimus.

XXXV. *VIOLINAE.*

448. VIOLA.

Linn. W. E. 263. *R. S.* 5. XXX.

A. Stipulis integris.

a. Acaules.

2298. V. PALMATA. *Linn. W. E.* 263. *R. S.* 5. 350.

2299. V. PEDATA. *Linn. R. S.* 5. 351. Hab. in Virginia ♃. D

2300. V. SAGITTATA. *Ait. W. E. S.* 12. *R. S.* 5. 352. Hab. in America septentrionali.

2301. V. OBLIQUA. *Ait. R. S.* 5. 355. Hab. in Pensylvania, Virginia ♃. D.

2302. V. CUCULLATA. *Aiton W. E.* 264. *R. S.* 5. 365. Folia valde acuminata. Fl. V. caninae.

V. SORORIA. *W. E.* 263. *Hort. ber.* 1. *t.* 70. *R. S.* 5. 355. Praeced. non affinis sed V. hirtae at folia magis rotundata. Hab. in America boreali ♃. D. Periit.

2303. V. HIRTA. *Linn. W. E.* 360. *R. S.* 5. 360.

2304. V. ULIGINOSA. *Schrad. R. S.* 5. 357. Hab. in pratis paludosis Germaniae ♃. D. A. V. odorata floribus majoribus, foliis et junioribus glaberrimi, a V. hirta glabritie a V. canina defectu caulis differt.

2305. V. PALUSTRIS. *Linn. W. E.* 263 *R. S.* 5. 368.

2306. V. ODORATA. *Linn. W. E.* 264. *R. S.* 5. 364.

2307. V. AMBIGUA. *Waldst. Kit. R. S.* 5. 356. Hab. in clivis et collibus siccis planitiei Danubium inter et Tibiscum ♃. D. A V. odorata differt corollis pallidis, tempore florendi seriori; odor gratissimus.

2308. V. VARIEGATA. *Fischer.* Foliis subrotundis glaberrimis discoloribus, petiolis glaberrimis. Petiolus ruber. Folia $\frac{1'}{10''}$ subcrenata supra viridia nervis albis, subtus rubra. Cor. dilute violacea vix calyce major.

b. Caulescentes.

2309. V. CANINA. *Linn. W. E.* 264. *R. S.* 5. 366.

2310. V. ERICETORUM. *Schrad.* Foliis cordatis in petiolum attenuatis acutis crenatis pubescentibus, pedunculis bracteatis, calycinis laciniis acutis pubescentibus. Hab. in Germania ♃. A. Affinis V. caninae at minor pubescens.

2311. V. ARENARIA. *Decand. fr.* 4. 806. V. Allioni *Pic. R. S.* 5. 367. V. nummularifolia *Schleich.* Hab. in Alpibus ♃. D. Foliis subrotundis a praecedentibus differt.

2312. V. GLAUCA. *Marschall. R. S.* 5. 369. Hab. in Europa orientali australi ♃. D. Folia subrotunda. Stipulae ciliato-serratae. Bracteae 2 acutae basi dentibus 2 longiusculis. Cor. albo et violaceo variegata.

2313. V. MONTANA. *Linn. W. E.* 264. *R. S.* 5. 370. Folia cordata vix in petiolum attenuata. V. stricta *Hornem. hafn.* 958. vix differt.

2314. V. PERSICIFOLIA. *Roth. germ.* 11. 271. V. lactea *Smith. R. S.* 5. 369? Folia ex ovato-oblonga lanceolataque obtusiuscula crenata glabra in petiolum attenuata. Stipulae superiores petiolo longiores basi inciso-

-pinnatifidae. Bracteae lineares prope florem. Hab. Germania ♃. D. Differt a V. elata Fries foliis latibus, ovata basi, non scabris, bracteis minutis sub re. Cor. coeruleae.

V. RUPPII. *Allion ped. n.* 1646. *t.* 26. *f.* 6. ia ex ovato-oblonga obtusiuscula crenata glabra in iolum attenuata. Stipulae petiolo multo breviores eares serrato-incisae. Bracteae lineares prope flo. Hab. in Europa media ♃. D. Differt a praec. gitudine petiolorum et stipulis minoribus. Cor. ae.

V. VALDERIA. *Allion W. E.* 264. *R. S.* 5. 373. riit.

3685. E. PATENS. *Andr. V.* 2. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Fol. 2—3″ l. latiuscula. Fl. terminales. Bracteae flori approximatae. Cor. vix 2″ l. cum calyce purpurea. Anth. inclusae muticae.

3686. E. FIMBRIATA. *Andr. V.* 3. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Fol 3″ l. Fl capitati. Cor. 1″ l. cum calyce ciliato purpurea. Anth. inclusae muticae.

3687. E. MELANTHERA. *Thunb. W. Sp.* 2. 388. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Fol. 2″ l. Ped. 2″ l. Bra-

creae à flore remotae. Cor. 1″ l. purpurascens. Antherae exsertae muticae.

3688. E. FLACCIDA. Fol. quaterna hirta 3 – 4′ l. ramea parva. Fl. capitati. Calycis phylla et bracteae hirsutissimae. Cor. alba a calyce inclusa globosa. Anth. exsertae muticae fuscae. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. *Hort. angl.*

3689. E. SEXFARIA. *Ait. W. Sp.* 2. 388. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Fol. 2″ l. sexfariam posita. Fl. capitati. Cor. 2″ l. alba. Anth. inclusae muticae.

3690. E. FRAGRANS. *Andr. Ait. kew.* 2. 407. Non floruit.

3691. E. OPPOSITIFOLIA. *Andr. V.* 3. Fol. 2″ l. adpressa. Fl. capitati. Cor. limbata 2—3″ l. cum calyce alba. Anth. inclusae muticae.

3692. E. BIFLORA. Fol. opposita 4—5″ l. canaliculata. Fl. terminales, ped. breves. Bracteae flori approximatae. Cal. laciniae ovatae acutae albae. Cor. 3 — 4″ l. alba. Anth. inclusae cristatae. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T.

3693. E. SPUMOSA. *Linn. W. Sp.* 2. 390. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Fol. terna. Fl. terni. Cor. alba 1 - 2″ l. Anth. exsertae muticae.

E. Globosae.

3694. E. ARDENS. *Andr. Ait. kew.* 2. 390. Folia 3″ – 4″ l. Bracteae 2 flori approximatae. Cor. 4″ l. coccinea. Anth. inclusae cristatae.

3695. E. NITIDA. *Andr. Ait. kew.* 2. 390. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Fol. 3—4″ l. Fl. capitati. Bracteae approximatae. Cor. 2—3″ l. alba. Anth. inclusae cristatae.

3696. E. PHYSODES. *Linn. W. Sp.* 2. 382. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Fol. 4″ l. Fl. capitati, bracteae a flore remotae. Cor. 2—3″ l. alba. Antherae inclusae cristatae.

3697. E. ARBOREA. *Linn. W. E.* 417. Fol. 2—3″ l. Bracteae a flore remotae. Anth. inclusae aristatae. Stylus. exsertus. Huic valde affinis E. divaricata *W. E. S.* 21., quae nunc non colitur.

3698. E. RESINOSA. *Sims. Ait. Kew.* 2. 391. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Fol. 6″ l. Bracteae a flore remotae. Cor. 4″ l. crocea limbo parvo viridi. Anth. inclusae cristatae.

3699. E. LAMBERTIA. *Andr. Ait. kew.* 2. 391. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Fol. 3—4″ l. patula aut reflexa.

Bracteae a flore remotae. Cor. 3—4″ alba calyce purpureo. Anth. inclusae cristatae.

3700. E. INCARNATA. *Thunb. W. Sp.* 2. 377. *W. E. S.* 21. Hab in Pr. b. sp. ♄. T. Fol. 3—4″ l. Bracteae a flore remotae. Fl. conferti. Cor. 2—3″ l. purpurea. Anth. subexsertae cristatae.

3701. E. FIBULA. Folia terna et quaterna patentia subtillime ciliata 3—4″ l. Flores terminales ped. 3″ l. bracteae a flore remotae. Cal. laciniis ovatis purpurascentibus. Cor. 3″ l. purpurascens. Anth. inclusae cristatae. Stylus exsertus.

3702. E. MARGARITACEA. *Thunb. W. E.* 420. Fol. 3″ l. tenuia. Bracteae a flore remotae. Cor. 2″ l. alba. Anth. inclusae cristatae. Stylus exsertus.

3703. E. PENDULA. *Wendl. W. Sp.* 2. 381. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Fol. 3″. Bracteae a flore remotae. Cor. 3″ l. purpurea. Anth. inclusae cristatae. Stylus exsertus.

3704. E. LATERALIS. *W. Sp.* 2. 380. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Fol. 2″ l. Bracteae a flore remotae. Cal. uti folia subtillime ciliatus. Cor. 2—3″ l. purpurea. Anth. subinclusae cristatae. Stylus exsertus.

3705. E. EMPETRIFOLIA. *Linn. W. Sp.* 2. 371. Hab. in Pr. b sp. ♄. T. Fol. 3—4″ l. ciliata praesertim superiora. Flores dense subspicati. Bracteae a flore remotae. Cor. basi ventricosa purpurea. Anth. inclusae cristatae. Stylus exsertus.

3706. E. INCURVA. *Andr. V.* 3. Fol. quaterna pubescentia mucronulata. Fl. terminales, ped. 2″ l. bracteae a flore remotae. Cor. pubescens alba 2″ l. Anth. inclusae subcristatae. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T.

3707. E. PLANIFOLIA. *Linn. W. Sp.* 2. 362. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Folia $\frac{2''}{2'''}$ ciliate glandulosa. Bracteae a flore remotae. Cor. 2″ purpurea. Antherae inclusae aristatae.

3708. E. MARIFOLIA. *Thunb. W. Sp.* 2. 362. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Folia $\frac{3''}{2'''}$. Fl. capitati. Cor. 2″. l. alba. Antherae inclusae aristatae.

3709. E. HISPIDULA. *Thunb. W. Sp.* 2. 394. Hab. in Pr. b. sp. T. Folia ovata ciliata $\frac{2''}{1'''}$. Fl. subcapitati. Cor. purpurea vix 1″ l. Anth. inclusae muticae.

3710.

3710. E. BLANDFORDIA. *Andr. Ait. Kew.* 2. 392. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Fol. 3—4″ l. Fl. capitati, bracteae a flore subremotae. Cor. 2—3″ l. flava. Anth. inclusae aristatae.

3711. E. SAVILLEIA. *Andr. V.* 3. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Fol. 3—4″ l. Bracteae a flore remotae. Cor. 2—3″ l. purpurea limbo brevi explanato. Anth. inclusae aristatae.

3712. E. AGGREGATA. *Wendl. Er. f.* 13. *n.* 5. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Fol. 3—4″ l. Fl. subcapitati. Bracteae a flore remotae. Cor. 1—2″ l. purpurascens hirta. Anth. inclusae aristatae. Habemus varietatem albam.

3713. E. CONGESTA. *Wendl. Er. f.* 17. *n.* 5. Fol. 3—4″ hirta. Fl. capitati. Cor. 1″ l. alba. Antherae inclusae aristatae.

3714. E. PANICULATA. *Linn. W. Sp.* 2. 357. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Fol. 2″ l. Bracteae a flore remotae. Fl. copiosissimi, cor. 1″ l. purpurea albave. Anth. inclusae aristatae. Stylus exsertus.

3715. E. AMOENA. *Wendl. W. Sp.* 2. 368. E. plumosa *Andr. V.* 2. Fol. 4″ l. Bracteae a flore remotae. Cor. 3—4″ l. purpurea. Anth. inclusae aristatae.

3716. E. LAEVIS. *Andr. V.* 3. Fol. 2—3″ l. Fl. capitati. Bracteae a calyce remotae. Cor. 2″ l. alba. Anth. inclusae aristatae.

3717. E. GRACILIS. *Wendl. W. Sp.* 2. 365. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Fl. capitati. Cor. 1″ l. alba. Anth. inclusae subaristatae. Affinis E. margaritaceae at stylus inclusus.

3718. E. PERSOLUTA. *Linn. W. E.* 417. Fol. vix 2″ l. patentia margine scabre. Bracteae a flore remotae. Cor. ternae plerumque 1″ l. purpurascentes. Antherae inclusae aristatae.

E. assurgens v. 1.

3719. E. PUBESCENS. *Linn. W. E.* 417. Fol. 1-2″ l. Cor. 1-2″ purpurea hirsuta. Anth. inclusae aristatae.

3720. E. HIRTIFLORA. *Ait. Kew.* 2. 405. E. mitraeformis *W. E.* 420. Fol. 2—3″ l. hirta quaterna quae in pr. terna. Fl. subcapitati, bracteae a flore remotae. Cor. 1—2″ l. purpurea hirta. Anth. inclusae aristatae.

3721. E. CISTIFOLIA. *Hort. angl.* Fol. quaterna 2—3″ l. subtus canaliculata undique pilis glandulosis tecta.

Fl. terminales subcapitati. Pedunc. 3‴ l. hirti. Bracteae in nostris nullae. Cal. hirtus phyllis apice viridibus, corolla duplo minor. Cor. 2‴ l. alba. Antherae inclusae aristatae. Stylus inclusus. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T.

3722. E. MUCOSA. *Linn. W. Sp.* 2. 367. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Fol. 3‴ l. Bracteae a flore remotae. Cal. purpureus apice viridis. Cor. 1‴ l. purpurea. Antherae inclusae aristatae.

3722. *a*. E. RAMENTACEA. *Linn. W. Sp.* 2. 379. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Maxime affinis pr. Differt calyce toto purpurascenti laciniis angustioribus.

3723. E. MELLIFERA. *Hort. angl.* Rami hirti. Fol. quaterna patentia hirta 2‴ l. Fl. terminales capitati quaterni pluresve. Cal. foliaceus. Cor. 1—2‴ l. purpurea. Antherae exsertae aristatae. Stylus longior exsertus. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T.

3724. E. ODORATA. *Andr. Ait. Kew.* 2. 391. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Fol. 5—6‴ l. Bracteae a calyce remotae. Cor. 5—6‴ l. alba. Antherae incl. muticae.

3725. E. CANESCENS. *Andr. Ait. Kew.* 2. 407. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Tota planta pilis canescens. Fol. 3‴—4‴. Bracteae a calyce remotae. Cor. 2‴ l. purpurea. Antherae inclusae muticae.

3726. E. PURA. *Loddig. Bot. Cab.* 72. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Fol. terna glabra. Fl. terminales solitarii. Bracteae a flore remotae. Cor. 1—2‴ l. albae. Antherae subsexsertae.

3727. E. RACEMOSA. *Thunb. W. Sp.* 2 413. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Fol. pilis glandulosis 3‴ l. Bracteae a flore remotae. Cor. incarnata 1—2‴ l. Anth. inclusae muticae.

3728 E. APSINTHOIDES. *Linn. W. Sp.* 2. 592. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Fol. 2—3‴ l. margine scabra. Fl. subcapitati. Bracteae a flore remotae. Cor. 1—2‴ l. purpurea. Anth. incl. mut. Stylus exsertus.

3729. E. CAMPANULATA. *Wendl. Ait. Kew.* 2. 408. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Fol. 4—5‴ l. Bracteae a flore remotae. Cor. 3 4‴ l. flava. Anth incl. mutic. *E. vagans.* v. i. *E. umbellata.* v. i.

3730. E. SCOPARIA. *Linn. W. E.* 421. Fol. 4‴ l. Bracteae a calyce remotae. Cor. vix 1‴ l. virens. Anth. lusae muticae. Stylus saepe exsertus.

3731. E. TRICEPS. Fol. terna 2—3‴ l. basi ciliata. Fl. terminales terni, ped. breves, bracteae flori approximatae. Cal. laciniis oblongis scariosis albis corolla parum brevioribus. Cor. alba 2‴ l. Anth. exsertae muticae. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T.

3732. E. COARCTATA. *Wendl. Er. f.* 19. *n.* 1. *W. E. S.* 21. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Fol. 3—4‴ l. Fl. axillares. Bracteae a flore remotae. Cor. 1‴ l. superne dilatata purpurascens. Anth. inclusae muticae. Stylus exsertus stigmate calyptraeformi.

3733. E. ACTAEA. Fol. terna 3—4‴ l. glabra. Fl. terminales, ped. breves, bracteae flori approximatae. Cal. corolla dimidia brevior laciniis ovatis nervo viridi. Cor. ½‴ purpurascens. Antherae exsertae muticae. Stylus longus exsertus. Stigma peltatum. Hab. in Pr. b. sp. ♄ T. Hoc nomine ex hortis Angl.

3734. E. CONFERTA. *Andr. Ait. Kew.* 2. 409. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Fol. 8‴ l. mucronulata. Fl. dense capitati. Cor. 1—2‴ l. alba. Anth. exsertae muticae.

F. Ovatae.

3734. E. AUSTRALIS. *Linn. W. E.* 420. Fol. 2—3‴ l. Bracteae flori approximatae. Cor. 3—4‴ l. purpurea. Anth. inclusae cristatae.

3735. E. CINEREA. *Linn. W. E.* 419. Fol. 3—4‴ Cor. 4‴ l. purpurea. Antherae inclusae cristatae.

3736. E. STRICTA. *Donn. W. E.* 418. Fol. 2—3‴ l. Bracteae a calyce remotae. Cor. 3‴ l. purpurea. Anth. inclusae cristatae.

3737. E. REFLEXA. Fol. terna 2—3‴ l. recurva margine scabra. Fl. terminales, bracteae foliaceae flori approximatae, ped. breves. Cal. brevis albens, laciniis ovatis. Cor. 4‴ l. campanulata alba tum purpurascens viscosa. Anth. inclusae cristatae. Styl. exsertus. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T.

3738. E. CERNUA. *Linn. Suppl. W. Sp.* 2. 382. Fol. 4‴ l. Bracteae a flore remotae. Cor. purpurea 2‴-3‴ l. Anth. inclusae cristatae.

3739. E. LEUCANTHA. E. leucanthera *Andr. V.* 2. Fol. 3—4‴ l. Fl. capitati. Cor. 3‴ l. alba Antherae inclusae cristatae. E. leucanthera *Linn.* habet antheras exsertas. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T.

3740. E. TETRALIX. *Linn. W. E.* 417. Anth. incl. aristatae.

3741. E. CINERASCENS. *W. E. S.* 21. Valde affinis E. cinereae, at rami calyces superne tomen-

tosi et longe pilosi. Fol. quina 2‴ l. ciliata pilis longis. Bracteae foliaceae flori subapproximataa. Cor. 3‴ l. purpurea. Anth. inclusae aristatae. Stylus subexsertus.

3742. E. URCEOLARIS. *Thunb. W. E.* 416. E. caffra *Linn. Sp.* 502. E. pentaphylla *Linn. Sp.* 506. Fol. caulina $\frac{6''}{1}$. Bracteae a flore remotae. Cor. 3‴-4‴ l. alba. Anth. inclusae aristatae.

3743. E. CUBICA. *Linn. W. Sp.* 2. 413. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Fol. 3—4‴ l. Bracteae a flore remotae. Cor. 2—3‴ l. purpurea antice dilatata. Antherae inclusae aristatae.

3744. E. ASSURGENS. Fol. 4na 3—4‴ l. patentia hirta. Fl. terminales, ped. 2—5‴ l, bracteae a flore remotae. Cal. laciniis ovato-lanceolatis albidis. Cor. 2‴ l. antice dilatata alba. Antherae inclusae aristatae. Styl. inclusus. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Hort. angl.

3745. E. INCANA. *Wendl. Er. f.* 18. *n.* 4. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Fol. 2‴ l. obtusa hirta. Fl. subcapitati. Bracteae a flore remotae. Cor 2‴—3‴ l. sericea alba aut rubra. Anth. inclusae aristatae.

3746. E. SCABRIUSCULA. Fol. 4na patentia obtusa pilis glandulosis 2‴ l. Fl. capitati bracteae flori subapproximatae. Cor. 2‴ l. tenuis alba. Anth. inclusae aristatae. Stylus inclusus.

3747. E. PROTRUDENS. Fol. 4na 2—3‴ l. patula pilis sparsis. Fl terminales umbellati, ped. 2—3‴ l. bracteae a flore remotae. Cal. laciniis ovatis albentibus. Cor. 2—3‴ l. alba. Antherae subexsertae muticae. Stylus exsertus. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T.

3748. E. FLEXUOSA. *Andr. Ait. Kew.* 2. 363. E. divaricata *Wendl.* 7. *pag.* 5. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Fol. 2‴ l. juniora adpressa. Fl. subcapitati. Cor. 2‴ l. alba. Antherae exsertae muticae fuscae. E. divaricata *W. E. S.* 21. valde differt.

3749. E. UMBELLATA. *Linn, W. Sp.* 2. 383. Hab. in Lusitania ♄. T. Fol. 2—3‴ l. Bracteae quaedam flori approximatae. Cor. 2‴ l. purpurea. Antherae exsertae muticae fuscae.

3750. E. CARNEA. *Linn. Ait. Kew.* 2. 366. E. herbacea *Wendl. W. E.* 474. Fol. 3—4‴ l. Bracteae in medio pedunculi. Cal. 2‴ l. Cor. 3‴ l. purpurea. Anther. exsertae muticae.

3751. E. MEDITERRANEA. *Linn. W. E.* 424. Fol. 3—4″ longa. Bracteae ultra medium pedunculi. Ped. 2‴ l. Cal. 1″ l. Cor. 2—3″ l. purpurea. Anth. exsertae muticae.

3752. E. VAGANS. *Linn W. Sp.* 2. 412. Hab. in Gallia australi. Fol. 3—4″ l. Bracteae ad basin pedunculi. Ped. 3″ l. Cor. 1—2″ l. purpurea. Anth. exsertae muticae. Habemus varietatem corollis albis.

3753. E. CILIARIS. *Linn. W. E.* 421. Fol. $\frac{2''}{1''}$ ciliata. Bracteae a flore remotae. Cor. 4—5″ l. purpurea. Anth. inclusae muticae.

3754. E. ALBENS. *Linn. W. Sp.* 2. 384. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Fol. 6—7″ l. Bracteae a flore remotae. Cor. 3″ l. acuta alba. Antherae inclusae muticae.

3755. E. PROPENDENS. *Andr. Ait. Kew.* 2. 397. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Fol. vix 2″ l. Bracteae a flore remotae. Cor. 3—4″ l. purpurea antice dilatata. Antherae inclusae muticae.

3756. E. PYRAMIDALIS. *Curt. Ait. W. Sp.* 2. 410. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Fol. 4—5″ l. Bracteae a flore remotae. Cor. 4—5″ l. antice dilatata putpurea. Anth. inclusae muticae.

3757. E. ECHIIFLORA. *Andr. Ait.* Kew. 2. 398. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Fol. 6″ l. Bracteae flori approximatae. Cor. 6″ l. coccinea antice dilatata. Anth. inclusae muticae.

3758. E. FILAMENTOSA. *Andr. Ait.* Kew. 2. 398. Fol. 6″ l. Ped. 6″ l. bracteae a flore remotae Cor. 5″ l. purpurea antice dilatata. Anth. muticae inclusae.

3759. E. PULCHELLA. *Thunb. W. Sp.* 2. 398. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Nondum floruit.

3760. E. VISCARIA. *Linn. W. Sp.* 2. 409. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Fol. 4—5″ l. Bracteae a flore remotae. Cor. 3—4″ l. rubra antice dilatata. Anth. inclusae muticae.

3761. E FLEXICAULIS. *Ait. Kew.* 2. 395. E. glandulosa *Andr. V.* 2. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Fol. 3—4″ l. Bracteae a flore remotae. Cal. uti folia pilis glandulosa. Cor. 3—4″ l. purpurea. Anth. inclusae muticae.

3762. E. TENELLA. *Andr. Ait. Kew.* 2. 408. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Fol. 1—2″ l. Bracteae a flore

remotae. Cor. 2‴ l. purpurea. Anth. inclusae muticae.

3763. E. ALOPECUROIDES. *Wendl. Er. f.* 20. *n.* Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Fol. 2″ l. Fl. terminales, pedicelli brevissimi, bracteae a flore remotae. Cor. 1″ l. purpurascens superne angustata. Anth. inclusae aristatae.

E. NANA. *W. E.* 418. E. tenuis *Salisb. W. E.* 417. nec in horto nec in herbario adsunt.

Nec minus dubiae E. epiptera, decolorans, divaricata, planiflora *W. E. S.* 21. nec in horto nec in herbario Willd. inveniendae.

Nondum floruerunt: E. nitens, praestans, togata, hybrida, Julyana, daphnaeflora, Cushinia, mirabilis, moschata, struthiolaeflora, venusta, acutangularis, imbricella, spiralis, picta, tricolor, obcordata, mollis, rugata, constantia, stellata, ursina, glomerata, complanata, dilecta, epistomea, fusca, magnifica, recurvata, pulverulenta, splendens, monstrosa, Dickensonia, translucens, elongata, pomifera, sabina, densa, Clintoniana, procumbens, ranunculoides.

699. MENZIESIA.

Jussieu. W. E. 414.

3764. M. POLIFOLIA. *Juss. W. E.* 414. Erica Dabeoci *Linn. W. Sp.* 2. 383.

3765. M. PILOSA. *W. E. S.* 21. Foliis ovalibus pubescentibus, floribus subterminalibus aggregatis nutantibus, antheris superne acuminatis. Hab. . . . ♄. T.

An M. globularis *Salisb.*? Rami fusci. Folia $\frac{1' \, 4''}{6'''}$ basi attenuata subsessilia. Ped. 8‴ l. pilis glandulosi. brevissimis. Cor. globosa 4″ l. flavescens apice purpurea.

700. CALLUNA.

Salisburg W E. 415.

3766. C. VULGARIS. *Salisb. W. E.* 415. Erica vulgaris *Linn. W. Sp.* 2. 473.

701. VACCINIUM.

Linn. W. E. 413. *Gärtn. fr.* 1. 142.

A. Foliis deciduis.

3767. V. MYRTILLUS. *Linn. W. E.* 413.

3768. V. ULIGINOSUM. *Linn. W. E.* 413.

3769. V. STAMINEUM. *Linn. W. Sp.* 2. 349. Hab. a N. Anglia ad Floridam ♄. T. Cor. campanulata. Anther. exsertae aristatae.

3770. V. ALBUM. *Linn. W. Sp.* 2. 350. Habitat in Pensylvania ♄. T. Fol. $\frac{2'}{1'}$. Cor. campanulata, Antherae inclusae muticae.

3771. V. FRONDOSUM. *Linn. W. E.* 413. Cor. campanulata. Antherae inclusae muticae.

3772. V. LIGUSTRINUM. *Linn. W. Sp.* 2. 352. *E. S.* 20. Hab. in Pensylvania ad Virginiam ♄. T. Cor. oblongo-ovata. Anth. inclusae muticae.

3773. V. ARBOREUM. *Mich. Pursh. am.* 1. 285. V. diffusum *Ait. Kew.* 2. 11. Hab. in Carolina — Floridam ♄. T. Antherae inclusae aristatae.

3774. V. RESINOSUM. *Ait. W. E.* 414. Fol. $\frac{1'\,4''}{6''}$ punctis resinosis creberrimis. Cor. urceolata.

3775. V. AMOENUM. *Ait. W. Sp.* 2. 353. *E. S.* 20. Hab. a New Jersey ad Virginiam ♄. T. Fol. $\frac{1\quad 10'}{10'}$ Cor. 5‴ l. major ac in reliquis, cylindracea.

3776. V. TENELLUM. *Ait. W. Sp.* 2. 313. V. pensylvanicum *Mich. am.* 1. 232. V. ramulosum *W. E. S.* 20. V. humile *W. E. S.* 21. non differre videtur. Fol. $\frac{1'}{4-5'''}$. Cor. 3‴ l. ovata.

3777. V. MYRTILLOIDES. *Michaux Pursh. am.* 1. 288. V. angustifolium *Ait. W. Sp.* 2. 351. Hab. in Canada, ad sinum Hudsonis et in Terra Labrador.

3778. V. MADERENSE. V. Arctostaphylos *Linn. W. Sp.* 2. 353. Valde affine V. Arctostaphylo orientali differt tamen ramulis pubescentibus, nervis foliorum subtus saepe hirtis, foliis acuminatis acutis nec acutis mucronatis.

B. Foliis sempervirentibus.

3779. V. VITIS IDAEA. *Linn. W. E.* 414.

3780. V. NITIDUM. *Pursh. am.* 1. 289. Hab. in Carolina ♄. T.

702. OXYCOCCOS.

Pers. syn. 1. 419.

5781. O. PALUSTRIS. *Pers.* 419. Vaccinium Oxycoccos *Linn. W. E.* 414.
5782. O. MACROCARPOS. *Pers.* 1. 419. Vaccinium macrocarpum *Ait. W. E.* 414.

IV. SAPOTAE.

703. MIMUSOPS.

Linn. W. Sp. 2. 325. *Gärtn. fr.* 1. 198.

5783. M. ELENGI. *Linn. W. Sp.* 2. 326. Hab. in India orientali ♄. C.

V. CAMPANULACEAE.

704. MICHAUXIA.

Venten. W. E. 412.

M. CAMPANULOIDES. *Vent. W. E.* 412. Periit.

VI. ONAGRAE.

705. OENOTHERA.

Linn. W. E. 408. *Onagra. Gärtn. fr.* 1. 159.

5784. O. BIENNIS. *Linn. W. E.* 408. Caulis hirtus, calycis tubus 1′ 4″ l. cor. 1′ l. flava ut in plerisque.
5785. O. GRANDIFLORA. *Linn. W. E.* 408. Cal. tubus 1′ 6″ l. cor. 1′ 4″ fere longa.
5786. O. PARVIFLORA. *Linn. W. E.* 408. Caulis muricatus. Cal. tubus 1′ l. cor. 6″ l.
5787. O. MACROCARPA. *Pursh am.* 2. 734. O. missourensis *Bot. Mag.* 1592. Hab. in ripa fluvii Missuri ♂. T. Cor. magna flava, calyx sanguineo-maculatus.
5788. O. LONGIFLORA. *Jacq. W. Sp.* 2. 307. *E. S.* 20. Hab. in agro Bonariensi ⊙. D. Cal. tubus 2—3′ l. cor. 1′ 4″.
5789. O. FRASERI. *Pursh. am.* 2. 734. *Bot. Mag.* 1674. Hab. in Carolina australi ♄. T. Affinis seq.
5790. O. FRUTICOSA. *Linn. W. E.* 409. Cal. tubus 6″ l. cor. 6—8″ l.

3791. O. MURICATA. *Linn. W. E.* 408. Caul. purpurascens valde muricatus praesertim inferne. Cal. tubus 10″ l. cor. 8—10″ l. suaveolens.

3792. O. GAUROIDES. *Hornem. hafn.* 1. 362. *W. E. S.* 20. Hab. in America boreali prope Baltimore ♄. F. Caulis sanguineus. Cal. tubus 1′ 6″ l. cor. 10″ l.

3793. O. TETRAGONA. *Roth. Hornem. hafn. Suppl.* 44. Hab. in America boreali ♃. D. Capsulae pedicellatae truncatae tetragonae.

3794. O. GLAUCA. *Michaux Pers. syn.* 1. 408. Hab. ad ripas fluvii Mississipi in Illinois et in Virginia ♃. F. Cal. tubus 10″ l. cor. 1′ 2″.

3795. O. STRIATA. *Ledebour.* Caule muricato, foliis inferioribus linearibus longissimis denticulatis caulinis lanceolatis. Hab. . . . ☉. D. Caulis virens. Folia infima pedem longa 4″ lata basi attenuata, superiora $\frac{3'-4'}{5''}$ pubescentia a nervis lineata. Cal. tubus 1″ l. cor. 1′ 3′.

3796. O. MOLLISSIMA. *Linn. W. E.* 408. Cal. tubus 1′ 4″ l. cor. 8″ l. albens.

3797. O. ODORATA. *Jacq. W. E.* 408. Fol. glaucescentia. Cal. tubus 8″ l. cor. 1′ 4″ l.

3798. O. VILLOSA. *Spreng. pug.* 2. 60. Hab. in Pr. b. sp. ☉. T. Affinis O. mollissimae et praecedenti. Folia non glaucescentia. Cal. tubus 8″ l. cor. 1′ l.

3799. O. MEDIA. Caule erecto pubescente, foliis lanceolato-linearibus molliter pubescentibus capsulis oblongis subteretibus sessilibus. Hab. in America boreali ♃. T. Caulis 1—2 ped. altus virens dense et molliter pubescens. Folia $\frac{2'\ 4''}{6''}$ acutata et acuta dentibus raris minutis basi attenuata pube brevi molli tecta. Cal. tubus 1′ 6″ longus pubescens, cor. 1′ 4″ longa flava petalis emarginatis. Capsula pubescens.

3800. O. LINEARIS. *Michaux Pers. syn.* 1. 409. Hab. in Virginia, Carolina ♃. T. Affinis praecedenti differt floribus minoribus, capsulis pedicellatis.

3801. O. SINUATA. *Linn. W. E.* 408. Folia sinuato-pinnatifida. Cor. flava.

3802. O. TETRAPTERA. *Cavan. W. E.* 408. Cor. alba demum rubra.

3803. O. CAESPITOSA. *Bot. Mag.* 1593. *Pursh. am.*

a. 735. O. scapigera *ibd.* 1. 265. Hab. ad ripas fluvii Missouri ♃. T. Cor. alba demum purpurea, folia multo angustiora ac in pr.

3804. O. PUMILA. *Linn. W. E.* 408. Cor. parva lutea.

3805. O. ROSEA. *Ait. W. E.* 408. Cor. parva purpurea.

3806. O. PURPUREA. *Curtis. W. E.* 408. Cor. major purpurea 8″ l.

3807. O. ROMANZOWII. *Ledebour. Hornem. hafn. Suppl.* 1. 133. Minor praecedente caulis magis diffusus, folia pilis minutis obsita, color corollae violaceus.

3808. O. CHAMISSONIS. Caule procumbente, foliis linearibus obtusis subdentatis glabriusculis, capsulis sessilibus elongatis, calycis tubo corolla multo breviore, limbo diphyllo. Hab. in Chile ♃. T. Semina attulit Dr. de Chamisso. Caulis 6′ ped. longus procumbens parum ramosus purpurascens pubescens pilis glandulosis. Folia sessilia $\frac{8''}{1''}$ obtusa hinc inde denticulis paucis obtusis parvis carnosula pilis sparsis praesertim subtus in junioribus. Germina in axillis foliorum sessilia 8—10″ l. pubescentia pilis glandulosis. Capsulae tetragonae 1′ l. calvescentes. Calycis tubus 2″ l. ampliatus, phylla 2 rotundata corolla duplo breviora apice purpurascentia. Cor. 3—4″ l. flava subcrocea.

3809. O. HIRTA. Hirta, foliis lanceolatis denticulatis, capsulis axillaribus curvatis angulatis acutatis. Hab. in California ☉. T. Caulis vix ped. angulatus pilis longiusculis. Folia alterna subsessilia $\frac{1'\,2''}{1-3''}$ acuta dentibus parvis remotis basi attenuata. Capsulae sessiles 7″ l. prismaticae crassiusculae pilis sparsis. Cal. tubus brevissimus, phylla 4 linearia hirta. Cor. flava 2″ l. parum calyce longior.

706. GAURA.

Linn. W. E. 409. *Gärtn. fr.* 2. 205.

3810. G. BIENNIS. *Linn. W. E.* 409. Cor. purpurea.

3811. G. TRIPETALA. *Cavan W. E.* 409. Cor. purpurea tripetala.

3812. G. MUTABILIS. *Cavan. W. E.* 410. Habitus floris Oenotherae. Cor, flava demum purpurea.

707. EPILOBIUM.

Linn. W. E. 410. *Gärtn. fr.* 1. 157.

A. Staminibuc declinatis.

3813. E. ANGUSTIFOLIUM. *Linn. W. E.* 410.
3814. E. ANGUSTISSIMUM. *Linn. W. E.* 410.

B. Staminibus erectis.

3815. E. GRANDIFLORUM. *Roth. germ.* 1. 167. II. 434. E. hirsutum *W. E.* 410.
3816. E. PARVIFLORUM. *Hoffm. germ.* 133. E. pubescens *Roth. W. E.* 410.
3817. E. MONTANUM. *Linn. W. E.* 410.
3818. E. ROSEUM. *Roth. W. E.* 410. Differt a praecedente praesertim petiolis longioribus.
3819. E. TETRAGONUM. *Linn. W. E.* 411.
3820. E. COLORATUM. *Mühlenberg W. E.* 411. Differt ab E. roseo caule superne ramosissimo, foliis subsessilibus angustioribus, corollis minoribus.
3821. E. ALPESTRE. *Schmidt boh. n.* 372. E. montanum alpestre *W. Sp.* 2. 316. Hab. in Alpibus Silesiae, Bohemiae, Helvetiae ♃. D. Caule simplici ab E. montano differt.
3822. E. ALPINUM. *Linn. W. Sp.* 2. 318. Hab. in Alpibus Lapponiae, Helvetiae ♃. D. Folia minora ac in praecedente.
3823. E. DAURICUM. *Fischer Hornem. hafn. Suppl.* 44. Hab. in Dauria ⊙. D. Caulis erectus simplicissimus. Fol. $\frac{1' \; 2''}{2'''}$ subdentata pubescentia. Germen pilis sparsis. Cor. alba.
3824. E. PALUSTRE. *Linn. W. E.* 411.

708. COMBRETUM.

Linn. W. Sp. 2. 319. *Gärtn. fr.* 1. 176.

3825. C. PURPUREUM. *Vahl. W. Sp.* 2. 319. C. coccineum *Lam. enc.* 1. 727. Hab. in Madagascar ♄. C. Flores pulcherrimi rubri.

709. FUCHSIA.

Linn. W. E. 413.

3826. F. COCCINEA. *Ait. W. E.* 412.
3827. F. LYCIOIDES. *Andr. W. E.* 412.

710. BAECKEA.

Linn. W. Sp. 2. 434. *Gärtn. fr.* 1. 157.

3828. B. VIGATA. *Loddig. Bot. Cab. t.* 341. Foliis sessilibus lanceolatis mucronatis integerrimis corymbis terminalibus. Hab. in Australia ♄. T. Frutex ramosus. Rami angulati glabri. Fol. brevissime petiolata $\frac{6''}{1''}$ punctata glabra. Corymbus compositus corymbulis 3—4 floris. Petala alba 1'' diametro subrotunda.

VII. SALICARIAE.

711. GRISLEA.

Linn. W. Sp. 2. 320.

3829. GR. TOMENTOSA. *Roxburgh. W. Sp.* 2. 321. Lythrum fruticosum *Linn. W. Sp.* 641. Hab. in India orientali et China ♄. C. Cor. purpurea.

712. LAWSONIA.

Linn. W. E. 413. Alcanna *Gärtn. fr.* 2. 133.

3830. L. INERMIS. *Linn. W. E.* 413.
3831. L. SPINOSA. *Linn. W. Sp.* 2. 345. Hab. in India orientali ♄. C. $\frac{2'\ 6''}{8''}$.

712. a. ROXBURGHIA.

Roxburgh. W. Sp. 2. 321.

3832. R. GLORIOSOIDES. *Roxb. W. Sp.* 2. 321. Hab. in India orientali ♃. C. Nondnm floruit. An hujus loci?

VIII. MELASTOMEAE.

713. RHEXIA.

Linn. W. Sp. 2. 301. *Gärtn. fr.* 2. 143.

3833. R. VIRGINICA. *Linn. W. Sp.* 2. 301. Folia sessilia $\frac{1'\ 8''}{4''}$. Cor. purpurea.

3834. R. HOLOSERICEA. *Bot. Reg. t.* 324. *R. Zeylanica. Hort. angl.* Nondum floruit.

IX TEREBINTHACEAE.

714. DODONAEA.

Linn. W. E. 412. *Gärtn. fr.* 2. 134.

3835. D. VISCOSA. *Linn. W. E.* 413. Fol. cum petiolo $\frac{2' 6''}{5''}$.

3836. D. TRIQUETRA. *Wendl. W. E.* 413. Folia cum pet. $\frac{3' 6''}{10''}$.

3837. D. ANGUSTIFOLIA. *Linn. Suppl. W. E.* 413. Fol. c. pet. $\frac{2' 4''}{3''}$.

3838. D. FILIFORMIS. *Hort. angl.* Folia tenuissima Ericae 6—8″ l. Nondum floruit.

3839. D. OBLONGIFOLIA. Folia oblongis submucronatis integerrimis basi attenuatis, floribus terminalibus subsessilibus. Hab. . . . ♄. T. *Hort. angl.* Frutex 4—5 ped. ramulis fuscis glabris. Fol. conferta $\frac{10''}{3''}$ basi valde attenuata apice mucrone brevi glabra, juniora viscosa. Flor. ad apicem ramulorum breviorum pauci. Pedunc. 2—3″ l. angulatus. Cal. tetraphyllus, phyllis lanceolatis 2″ l. Stam. 8 calyce breviora. Antherae magnae purpurascentes. Fructus non vidi.

715. AMYRIS.

Linn. W. E. 411.

3840. A. POLYGAMA. *Cavan. W. E.* 411. Fol. $\frac{1'}{4''}$.

3841. A. SYLVATICA. *Linn. W. Sp.* 2. 333. Hab. in sylvis Carthagenae ♄. T.

X. SAPINDACEAE.

716. ORNITROPHE.

Jussieu W. Sp. 2. 322.

3842. O. SERRATA. *Roxb. W. Sp.* 2. 322. Hab. in India orientali ♄. C. Foliola terminalia $\frac{2' 8''}{1' 6''}$.

717. BORONIA.

Smith. Ait. kew. 2. 348.

5843. B. PINNATA. *Smith. Ait. k.* 2. 349. Hab. in Australia. Cor. rubra.

718. DIMOCARPUS.

Loureiro. W. Sp. 2. 346. Scytalia *Gärtn. fr.* 1. 297. Euphoria *Jussieu gen.* 274.

5844. D. LITCHI. *Lour. W. Sp.* 2. 346. Hab. in China Tonquin et Cochinchina ♄. C. Nondum floruit.

719. KOELREUTERA.

Laxmann W. E. 411.

5845. K. PANICULATA. *Laxm. W. E.* 411.

XI. *RUTACEAE.*

720. CORRAEA.

Andrews. W. Sp. 2. 324. *Gärtn. fr. Suppl.* 154.

5846. C. ALBA. *Andr. W. E.* 411. Cor. albida.
5847. C. VIRIDIFLORA. *Andr. Rep.* 436. C. virens *Smith. Ait. kew.* 2. 349. Hab. in Australia ♄. T. Cor. virens.
5848. C. SPECIOSA. *Bot. Mag.* 1746. Hab. in Australia ♄. T. Cor. purpurea.

XII. *GERANIOIDEAE.*

721. TROPAEOLUM.

Linn. W. E. 407. *Gärtn. fr.* 1. 380.

5849. TR. MAJUS. *W. E.* 407.
5850. TR. MINUS. *Linn. W. E.* 407.

D I G Y N I A.

I. *ATRIPLICINAE.*

722. GALENIA.

Linn. W. Sp. 2. 436.

3851. G. AFRICANA. *Linn. W. Sp.* 2. 436. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T.

723. APHANANTHE.

Cal. 5phyllus seu ad basin 5fidus. Cor. o. Stamina 2phyllis duobus calycis opposita, 6tribus opposita et alterna. Caryopsis muriculata.

Situ staminum calyce 5phyllo et fructu a Galenia differt.

3852. A. CELOSIOIDES. Galenia celosioides. *Spreng. Nov. prov.* 18 Hab. in Brasilia ♄. C. Folia basi attenuata in petiolum brevissimum cum ipso $\frac{2'}{6''}$ undulata crenata mucronata. Flores laxe spicati minutissimi flavo-virescentes. Bracteae lanceolatae membranaceae. Fructus parvus subglobosus rugoso-muriculatus cortice fragili. Semen albuminosum embryo minutus erectus.

II. *C A R Y O P H Y L L E A E.*

724. MOEHRINGIA.

Linn. W. E. 427. *Gärtn. fr.* 2. 226.

3853. M. MUSCOSA. *Linn. W. E.* 427. Cor. alba.

TRIGYNIA.

I. POLYGONEAE.

725. TRAGOPYRUM.

Marschall taur. cauc. 3. 284.

3854. TR. LANCEOLATUM. *Marschall t. caut.* 3. 284. Polygonum frutescens *Linn. W. E.* 427.

726. POLYGONUM.

Linn. W. E. 427. *Gärtn. fr.* 2. 183.

A. Floribus pentandris.

3855. P. VIRGINIANUM. *Linn. W. E.* 427. Bracteae sub singulo flore vaginatae ciliatae. Cor. parva alba.
3856. P. AMPHIBIUM. *Linn. W. E.* 428.

B. Floribus hexandris.

3857. P. LAPATHIFOLIUM. *Ait. W. Sp.* 2. 443. Hab. in Europa media ☉. D.
3858. P. PERSICARIA. *Linn. W. E.* 429.
3859. P. INCANUM. *Schmidt. W. E.* 429.
3860. P. MINUS. *Ait. W. Sp.* 2. 445. P. angustifolium *Roth germ.* 2. 453. Hab. in Europa ♃. D.
3861. P. HYDROPIPER. *Linn. W. E.* 428.
3862. P. BARBATUM. *Linn. W. Sp.* 2. 447. Hab. in China ♃. D. Setis vaginarum longissimis a reliquis differt.

C. Floribus heptandris.

3863. P. ORIENTALE. *Linn. W. E.* 429.

D. Floribus octandris.

a. Caule non volubili monostachyo.

3864. P. BISTORTA. *Linn. W. E.* 427.
3865. P. VIVIPARUM. *Linn. W. E.* 427.

b. Caule non volubili, floribus racemoso-paniculatis, foliis basi attenuatis.

3866. P. ACIDULUM. *W. E.* 429. Fol. $\frac{2'}{1-2''}$.

3867. P. SALIGNUM. *W. E.* 430 Valde affine praecedenti at vaginae majores ciliatae.
3868. P. DIVARICATUM. *Linn. W. E.* 429. Folia glabra.
3869. P. UNDULATUM. *Linn. W. E.* 480. Folia hirta ut in pr. $\frac{3'}{6'''}$.
3870. P. ALPINUM. *Allion. W. Sp.* 2. 451. *E. S.* 21. Hab. in Alpibus Helvetiae, Sabaudiae ♃. D. Folia subtus hirta ut in praec. et supra scabra, at latiora $\frac{4'}{1'}$ minus undulata. Varietatem cum Decandollio puto. *P. arenarium* v. i.

c. Caule non volubili, floribus racemoso-paniculatis, foliis basi cordatis et sagittatis.

Fagopyrum.

3871. P. TATARICUM. *Linn. W. E.* 429. Cor. virens.
3872. P. FAGOPYRUM. *Linn. W. E.* 430. Cor alba.
3873. P. EMARGINATUM. *Roth. W. E.* 429. Cor. alba. Semina multo majora ac in pr. angulis explanatis.

d. Caule volubili, floribus axillaribus.

Cemtumnodia.

3874. P. ARENARIUM. *Marschall taur. cauc.* 1. 303. *W. E. S.* 22. Flores majores ac in reliquis subracemosi. Hab. circa Kisljar et in insula Taman ♃. F.
3875. P. ELEGANS. *Tenore neap.* Hab. in Regno neapolitano ♃. T. Flores majores ac in sequentibus albi, vere axillares.
3876. P. RAMOSUM. *Hornem. hafn. Suppl.* 45. Fol. $\frac{2'}{2'''}$ majora et densius posita ac in sequentibus. Hab. in Sibiria ♃. D. *Hort. Gorenk. Fischer.*
3877. P. LITTORALE. Caule procumbente suffruticoso, fol. oblongis acutis venosis carnosis, vaginis ciliatis internodiis multo brevioribus. Hab. in Europae maritimis ♃. F. Caulis suffrutescens angulatus. Fol. petiolo brevissimo lamina $\frac{10'''}{5'''}$ acuta. Cor. alba. Vulgo pro P. maritimo colitur at hujus vaginae in-

ternodiis aequalia. A. P. aviculari differt foliis latioribus magis carnosis, caule suffruticoso.

3878 P. AVICULARE. *Linn. W. E.* 429.

3879. P. BELLARDI. *Allion. Pers. syn.* 439. Hab. in Europa australi ♃. D. Caulis erectus basi suffruticosus.

3880. P. ACETOSUM. *Marschall taur. cauc.* 1. 304. Hab. in arena mobili deserti Caspici circa Astracan ♃. T. Vaginae in ligulas 2 elongatas productae.

e. Caule volubili. Helxine.

3881. P. CONVOLVULUS. *Linn. W. E.* 431.

3882. P. DUMETORUM. *Linn. W. E.* 431.

3883. P. ACETOSAEFOLIUM. *Venten. Pers. syn.* 1. 441. Hab. in Brasilia ♃. T.

727. COCCOLOBA.

Linn. W. E. 431. *Gärtn. fr.* 2. 141.

3884. C. UVIFERA. *Linn. W. E.* 431. Folia repanda multinervia. Racemi erecti longissimi.

3885. C. EXCORIATA. *Linn. W. E.* 431. Folia basi attenuata alterninervia.

3886. C. PUNCTATA. *Linn. W. E.* 431. Folia lanceolata acuminata attenuata $\frac{6''}{2''}$ punctata.

3887. C. LAURIFOLIA. *W. E.* 431. Fol. juniora basi attenuata integerrima obtusiuscula.

3888. C. PUBESCENS. *Linn. W. Sp.* 2. 457. *E. S.* 22. Hab. in America boreali ♄. C. Folia maxima sessilia multinervia.

3889. C. LONGIFOLIA *Hort. angl.* et fagifolia *Hort. Carlsruh.* nondum floruere.

II. SAPINDACEAE.

728. CARDIOSPERMUM.

Linn. W. E. 432. *Gaertn. fr.* 1. 381.

3890. C. HALICACABUM. *W. E.* 432.

3891. C. PUBESCENS. *Lagasc. N. gen. et. sp.* 14. Hab. in nova Hispania ♄. C. Caulis pubescens. Fol. hirta; foliola breviora ac in pr. inciso-serrata.

729. PAULLINIA.

Linn. W. E. 432. *Gärtn. fr.* 1. 381.

3892. P. BARBADENSIS. *Linn. W. E.* 432. Petioli pubescentes ut et pedunculi.

730. SAPINDUS.

Linn. W. E. 432. *Gärtn. fr.* 1. 341.

3893. S. MARGINATUS. *W. E.* 432. Foliola $\frac{3' \, 6''}{9''}$ quae in S. Saponaria majora.

3894. S. LONGIFOLIA. *Vahl. W. E.* 432. Fol. pet. 4' l. acuminata 1' lata.

S. indica. Hort, angl. nondum floruit.

TETRAGYNIA.

I. *ASPARAGINAE.*

731. PARIS.

Linn. W. E. 433. *Gärtn. fr.* 2. 19.

3895. P. QUADRIFOLIA. *Linn. W. E.* 433. Plantam habemus. *P. polyphyllae* nomine e Nepal oriundam, foliis binis oppositis subrotundis basi in petiolum attenuatis acutis integerrimis glaberrimis, quae vero nondum floruit.

II. *ONAGRAE.*

732. HALORAGIS.

Forstner. W. E. 433. Cercodia *Gärtn. fr.* 1. 164.

3896. H. CERCODIA. *Ait. W. E.* 433. H. alata *Jacq. Ic. rar.* 1. *t.* 69. Cercodea erecta *Murray Comm. Goett.* 1780. *p.* 3. *t.* 1.

III. SAXIFRAGEAE.

733. ADOXA.

Linn. W. E. 433. *Gärtn. fr.* 2. 141.

3897. A. MOSCHATELLINA. *Linn. W. E.* 433.

IV. SEMPERVIVAE.

734. VEREA.

Andrews. W. E. 433.

3898. V. CRENATA. *Andr. W. E.* 433. Cor. lutea fauce rubra.

3899. V. LACINIATA. *W. E.* 433. Cotyledon laciniata *Linn. W. Sp.* 2. 758.

ENEANDRIA.

MONOGYNIA.

I. LAURINAE.

735. LAURUS.

Linn. W. E. 434. *Gärtn. fr.* 2. 68.

3900. L. CINNAMOMUM. *Linn. W. Sp.* 2. 477. Hab. in Zeylona ♄. C. Fol. $\frac{5'}{2' 6''}$ revera triplinervia et subquintuplinervia.

3901. L. CASSIA. *Linn. W. Sp.* 2. 477. Hab. in Malabaria ♄. C. Fol. $\frac{4'}{2'}$.

3902. L. CAMPHORA. *Linn. W. E.* 434. Folia $\frac{4'}{2'}$. acuminata basi attenuata, margine undulato cartilagineo integerrimo.

3903. L. NOBILIS. *Linn. W. E.* 434.

3904. L. INDICA. *Linn. W. E.* 434. Fol $\frac{6'}{1' 10''}$.

3905. L. FOETENS. *Ait. W. E.* 434. Affinis pr. differt axillis venarum folii subtus villosis.

3906. L. GLAUCA. *Thunb. W. Sp.* 2. 499. Hab. in Japonia ♄ T.

3907. L. CANARIENSIS. *Ait. W. E.* 435. Fol. $\frac{3'\,4''}{1'\,8''}$ ut in L. nobili.

3908. L. BORBONIA. *Linn. W. E.* 435. Fol. $\frac{3'\,6''}{1'\,4''}$ venosa.

3909. L. SASSAFRAS. *Linn. W. E.* 435.

II. TEREBINTHACEAE.

736. ANACARDIUM.

Linn. W. Sp. 2. 486. *Gärtn. fr.* 1. 191.

3910. A. OCCIDENTALE. *Linn. W. Sp.* 2. 486. Hab. in America meridionali ♄. C.

TRIGYNIA.

I. POLYGONEAE.

737. RHEUM.

Linn. W. E. 435. *Gärtn. fr.* 2. 177.

3911. R. RHAPONTICUM. *Linn. W. E* 435.

3912. R. UNDULATUM. *Linn. W. E.* 435. Linnaei planta habet folia subvillosa, adest vero varietas glabra cultura constans et ideo forsan species diversa.

3913. R. PALMATUM. *Linn. W. E.* 436.

3914. R. COMPACTUM. *Linn. W. E.* 436.

3915. R. HYBRIDUM. *Linn. W. E.* 436.

HEXAGYNIA.

I. ALISMINAE.

738. BUTOMUS.

Linn. W. E. 436. *Gärtn. fr.* 1. 74.

3916. B. UMBELLATUS. *Linn. W. E.* 436.

DECANDRIA.

MONOGYNIA.

I. THYMELEAE.

739. DAIS.

Linn. W. E. 449. *Gärtn. fr.* 1. 187.

3917. D. (OTINIFOLIA. *Linn. W. E.* 449. Flores rubescentes.

740. QUISQUALIS.

Linn. W. Sp. 2. 579.

3918. Q. INDICA. *Limi. W. Sp.* 2. 579. Hab. in India orientali ♄. C.

II. GUAJACANAE. DIOSPYREAE.

741. STYRAX.

Linn. W. E. 456. *Gärtn. fr.* 1. 287.

3919. ST. OFFICINALIS. *Linn. W. E.* 456. Fol. $\frac{3'}{2'}$ subtus tomentosa.

3920. ST. GRANDIFOLIA. *Ait. W. Sp.* 2. 623. Hab.

in Carolina australi ♄. T. Fol $\frac{4'}{2'6''}$ subtus pilis sparsis stellatis.

3921. ST. LAEVIGATA. *Linn. W. Sp.* 2. 624. St. americana *Encl. meth.* 1. 81. Hab. in Carolina australi ♄ T. Folia subtus glabra alba subserrata. Cal. pubescens dentibus brevissimis. Cor. pubescens.

742. SAMYDA.

Linn. W. Sp. 2. 624.

3922. S. SERRULATA. *Linn. W. Sp.* 2. 626. Hab. in America meridionali ♄. C. Fol. $\frac{2'}{1'4''}$, supra sericea subtus tomentosa.

3923. S. ROSEA. *Bot. Mag.* 550. *Ait. kew.* 3. 60. Hab. in India occidentali ♄. C. Cal. 5 partitus laciniis ovatis roseis extus pubescentibus. Stam. 15. terna ex singula calycis lacinia, filamenta dilatata cohaerentia. Germen uniloculare, semiquinqueloculare.

III. L E D I N A E. (*Rhododendra. Juss.*)

743. LEDUM.

Linn. W. E. 450. *Gärtn. fr.* 2. 145.

3924. L. PALUSTRE. *Linn. W. E.* 450. Fol. ultra 2″ non lata.

3925. L. LATIFOLIUM. *Linn. W. E.* 420. Folia 3—4″ lata.

744. AMMYRSINE.

Pursh. amer. 1 280.

3926. A. BUXIFOLIA. *Pursh. amer.* 1. 301. Ledum buxifolium. *Bergius W. Sp.* 2. 652. Ledum thymifolium *Encycl. meth.* 3. 459. Hab. in Carolina et Nova Caesarea ♄. T. Nomen Ammyrsine non optimum.

745. RHODORA.

Linn. W. E. 460. *Gärtn. fr. Suppl.* 144.

3927. RH. CANADENSIS. *Linn. W. E.* 450. *E. S.* 23.

746. KALMIA

Linn. W. E. 450. *Gaertn. fr.* 1. 305.

3928. K. LATIFOLIA. *Linn. W. E.* 450. Fol. $\frac{3'}{1' 3''}$

3929. K. ANGUSTIFOLIA. *Linn. W. E.* 450. Fol. $\frac{2'}{8''}$

3930. K. GLAUCA. *Linn. W. E.* 450. Folia $\frac{1' 4''}{4''}$ subtus glauca. Omnium corollae rubrae aut incarnatae.

747. RHODODENDRON.

Linn. W. E. 456. *Gärtn. fr.* 1. 304.

A. Corollis infundibiliformibus.

3931. RH. FERRUGINEUM. *Linn. W. E.* 451.
3932. RH. HIRSUTUM. *Linn. W. E.* 451.
3933. RH. PUNCTATUM. *Donn. W. E.* 452. Fol. $\frac{4'}{1' 6''}$ subtus punctis ferrugineis e fasciculis pilorum ferrugineis.

B. Corollis campanulatis.

3934. RH. PONTICUM *Linn. W. E.* 451. Varietates multae. Folia subtus glanduloso punctata.
3935. RH. CATAWBIENSE. *Michaux Pers. syn.* 1. 478. Hab in montibus altis Virginiae et Carolinae ♄. T. Fol. breviora magis rotundata ac in pr.

C. Corollis rotatis.

3936. RH. MAXIMUM. *Linn. W. E.* 451. Fol. praesertim juniora subtus epidermide ferruginea (e pilis connatis).
3937. RH. CAUCASICUM. *Linn. W. E.* 451. Aff. pr. at tomentum in pagina foliorum inferiore magis emersum.
3938. RH DAURICUM. *Linn. W. Sp.* 2. 604. Hab. in Dauria ♄. T. Folia subtus squamulis ferrugineis (e pilis connatis).
3939. RH. CHRYSANTHUM. *Linn. Suppl. W. Sp.* 2. 605. Folia subtus epidermide ferruginea at breviora minora ac in Rh. maximo.

3940. RH. AZALEOIDES. *Du Mont Courset Botanisce Cultiv.* 3. 327. 7. 165. Cor. irregulares Azaleae.
3941. RH. CHAMAECISTUS. *Linn. W. E.* 451. Corollae omnium rubrae aut incarnatae albaeve, exc. Rh. chrysantho, cui flavae. Rh. arboreum *Hort. angl.* nondum floruit.

IV. E R I C I N A E.

748. PYROLA.

Linn. W. E. 456. *Gaertn. fr.* 1. 303.

3942. P. ROTUNDIFOLIA. *Linn. W. E.* 456. Cor. alba aut rubella.
3943. P. CHLORANTHA. *Hagen Chloris boruss.* 141. Hab. in Germaniae nemoribus ♃. D. Cor. ochroleuca.
3944. P. MINOR. *Linn. W. E.* 456.
3945. P. SECUNDA. *Linn. W. E.* 456.
3946. P. UNIFLORA. *Linn. W. E.* 456.
3947. P. UMBELLATA. *Linn. W. E.* 456. Chimaphila umbellata *Pursh. am.* 1. 279. 300. et melius separatur.

749. ANDROMEDA.

Linn. W. E. 452. *Gärtn. fr.* 1. 304.

3948. A. MARIANA. *Linn. W. E.* 452. Nostra est ovalis, foliis $\frac{1' \, 8''}{1'}$. Cor. 4‴ l. Anth. muticae.
3949. A. FERRUGINEA. *Ait. W. Sp.* 2. 509. Folia subtus epidermide ferruginea e pilis connatis.
3950. A. SPECIOSA. *Michaux Pursh. am.* 1. 294. α. nitida. A. cassinaefolia *Venten. Malm. t.* 79. *W. E. S.* 23. β. pulverulenta. A. pulverulenta *Bartram. W. Sp.* 2. 610. *E. S.* 23. Hab. in Carolina ♄. T. $\frac{1' \, 6''}{8''}$. Cor. 4‴ l. Anth. apice aristatae.
3951. A. ACUMINATA. *Ait. W. E.* 453. A. lucida *Jacq. ic. t.* 79. A. populifolia *Enc. meth.* 1. 159. A. reticulata *Walt. car.* 137. A. laurina. *Michaux am.* 1. 253. Fol. 2' 6" l. latitudine variabili longe acuminata glaberrima inaequaliter et tenue serrulata. Paniculae corymbosae axillares nudae. Cor. 4‴ l. Antherae muticae basi gibbae foliis integerrimis.

3952. A. NITIDA. *Michaux. Pursh. am.* 1. 292. A. coriacea *Ait. W. E.* 453. A. lucida *Enc. meth.* 1. 157. A. mariana *Jacq. ic. t.* 465. Fol. $\frac{1' 6''}{9'''}$. Cal. laciniis elongatis. Cor. 3″ l. Antherae basi biaristatae.

3953. A. PANICULATA. *Linn W. E.* 452. A. racemosa *Enc. meth.* 1. 158. Fol. $\frac{2' 4''}{1'}$. Cor. 2″ pubescens. Anth. muticae.

3954. A. ARBOREA. *Linn. W. E.* 452.

3955. A. RACEMOSA. *Linn. W. E.* 452. Fol. $\frac{2' 2''}{1'}$. Racemi longi secundi. Cor. 4‴. Antherae apice aristatae.

3956. A. AXILLARIS. *Ait. W. E.* 452.

3957. A. CATESBAEI *Walt. car.* 137. *W. Sp.* 2. 613. A. Walteri *W. E.* 452. A. axillaris *Mich. am.* 1. 253. A. spinulosa *Pursh. am.* 1. 293. Folia $\frac{1' 6''}{8''}$ Cor. 4″ l. Anth. muticae.

3958. A. CALYCULATA. *Linn. W. E.* 544. Folia $\frac{1' 2''}{4''}$ subtus squamulis albis et ferrugineis.

3959. A. POLIIFOLIA. *Linn. W. E.* 452.

3960. A. GLAUCOPHYLLA Foliis linearibus margine revolutis subtus albidis, floribus aggregatis terminalibus, pedunculis corolla ovata parum majoribus, antheris versus apicem aristatis. A. polifolia *β. Pursh. am.* 1. 291. Differt a praecedente cui similis pedunculorum magnitudine, qui in illa duplo longiores corolla et ultra. Folia subtus alba nec tomentosa. Glandulae inter stamina.

3961. A. CRISPA. Foliis lanceolatis undulatis subtus ferrugineo squamulosis, floribus axillaribus, corollis campanulatis demum pentapetaloideis, antheris aristatis. Hab. in America boreali ♄. T. Frutex 2—3 ped. altus ramulis ferrugineo squamulosis. Folia antice latiora basi attenuata sessilia $\frac{1' 2''}{3''}$ obtusiuscula integerrima at margine inflexo undulato, supra obscure viridia subtus ferrugineo-squamulosa Fl. ex axillis foliorum deliquescentium cernui. Pedunculi vix 2″ l. Cal. 1″ l. laciniis lanceolatis acutis. Cor. 3″ l. alba

primum integra demum secundum lineas antea indicatas rescissa. Stamina corolla minora, filam. basi incrassata, antherae superne aristatae. Glandulae circa germen. Genus certe proprium, at fructum non vidi.

750. EPIGAEA.

Linn. W. Sp. 2. 616.

3962. E. REPENS. *Linn. W. Sp.* 2. 615. Folia $\frac{1' \; 8''}{1'}$ margine scaberrima. Cor. 6—8″ l. rubrae.

751. GAULTHERIA.

Linn. W. E. 454. *Gärtn. fr.* 1. 306.

3963. G. PROCUMBENS. *Kalm. Linn. W. E.* 454. Folia $\frac{1' \; 4''}{8''}$. Cor. cylindracea alba.

752. ARBUTUS.

Linn. W. E. Gaertn fr. 1. 284.

3964. A. UNEDO. *Linn. W. E.* 455.

3965. A. ANDRACHNE. *Linn. W. E.* 456.

3965. *a.* A. ANDRACHNOIDES. Foliis oblongis acutis serrulatis glabris, pedunculis pubescentibus, calyce glabro. Hab. . . . ♄. T. Valde affinis pr. at variis notis diversa. Cortex ut in illa secedit. Folia $\frac{3'}{1' \; 4''}$ semper serrulata multo magis acutata nec obtusa. Panicula terminalis s. racemus compositus, pedunculis et pedicellis pilis brevibus versus extremitates densis, nec longis glandulosis. Cal. brevis glaber nec ciliatus. Cor. 4—5″ l. alba.

3966. A. CANARIENSIS. *Bot. Mag.* 1577. Foliis oblongis acutis serrulatis glaberrimis, racemo composito terminali erecto, pedunculis glaberrimis. Hab. in Canariis ♄. T. Ramuli rubri. Folia petiolo 2″ l. lamina $\frac{2' \; 4''}{1' \; 2''}$. Cal. brevis. Cor. 4″ l. alba.

3967. A. UVA URSI. *Linn. W. E.* 455.

753. CLETHRA.

Linn. W. E. 454. *Gärtn. fr.* 1. 301.

3968. CL. ALNIFOLIA. *Linn. W. E.* 454.

3969. CL. PUBESCENS. *W. E.* 465. Cl. alnifolia pubescens *Ait. W. Sp.* 2. 620. Folia antice serrata subtus albo tomentosa $\frac{2' 4''}{1' 2''}$. Racemi longi. Pedunculi calycesque subtomentosi. Bracteae pedicellis longiores.

3970. CL. ACUMINATA. *Michaux Pers. syn.* 1. 482. *W. E. S.* 23. Hab. in montibus Carolinae ♄. T.

3971. CL. ARBOREA. *Ait. W. E.* 465. Folia $\frac{3'}{1'}$ subtus albo-reticulata glabra. Racemi longi. Pedunculi calycesque pubescenti-tomentosi. Bracteae vix ullae.

3972. CL. FERRUGINEA. *Hort. angl.* Nondum floruit.

V. ONAGRAE.

754. JUSSIEUA.

Linn. W. E. 449. *Gärtn. fr.* 1. 158.

3973. J. ERECTA. *Linn. W. Sp.* 2. 578. *E. S.* 25. Hab. in America calidiore ⊙. T. Fol. $\frac{4'}{1' 6''}$. Cor. flava.

3974. J. SCABRA. *W. E.* 448. Fol. $\frac{3' 6''}{1'}$. Cor. flava.

VI. DROSERINAE.

755. DIONAEA.

Linn. W. Sp. 2. 574.

3975. D. MUSCIPULA. *Linn. W. Sp. l. c.* Hab. in Carolinae uliginosis ♃. C. Per plures annos perstitit saepe florens.

VI. MALPIGHIACEAE.

756. GAERTNERA.

Roxburgh. W. Sp. 2. 250. Hiptage *Gaertn. fr.* 2. 169.

3976. G. RACEMOSA. *Roxb. W. Sp.* 2. 550. Molina racemosa *Cavan. Diss.* 9. 435. *t.* 263. Banisteria benghalensis *Linn. Sp.* 611. B. unicapsularis *Enc.*

meth. 1. 363. Hab. in India orientali ♄. C. Fol. $\frac{4'\ 4'}{1'\ 7''}$ longe acuminata coriacea nervis ante marginem concurrentibus.

VII. MELASTOMEAE.

757. MELASTOMA.

Linn. W. E. 449. *Gärtn. fr.* 2. 203.

Decandrae, foliis quinquenerviis.

3977. M. CYMOSUM. *Schrad. Wendl. W. E.* 450. Folia $\frac{3'}{2'\ 6''}$ ciliato-serrulata. Fl. rubri.

3978. M. MALABATHRICUM. *Linn. W. Sp.* 2. 592. Hab. in India orientali ♄. C.

3979. M. ALBICANS. *Swartz. W. Sp.* 2. 593. Hab. in India occidentali ♄. C.

3980. M. LAEVIGATUM. *Linn. W. Sp.* 2. 593. Hab. in India occidentali ♄. C. Folia tenuia nobis margine hirta crenato-dentata.

3981. M. HIRTUM. *Linn. W. Sp.* 2. 588. Hab. in America meridionali ♄. C. Folia $\frac{4'}{1'\ 8''}$ hinc inde denticulis minutis vix hirta. Dubia planta. M. grandifolium, cordifolium ex *Hort. angl.* et tres aliae species e Brasilia nondum floruerunt.

VIII. AURANTIA.

758. LIMONIA.

Linn. W. E. 448. *Gärtn. fr.* 1. 278.

3982. L. TRIFOLIATA. *Linn. W. E.* 448.

3983. L. CITRIFOLIA. *W. E.* 448.

3984. L. MICROPHYLLA. *Linn. W. Sp.* 2. 571. Hab. in India orientali ♄. C. Folia simplicia.

759. MURRAYA.

Linn. W. E. 447. *Gaertn. fr.* 2. 76.

3985. M. EXOTICA. *Linn. W. E.* 447.

760. COOKIA.

Linn. W. E. 447.

3986. C. PUNCTATA. *Linn. W. E.* 447. Foliola magna $\frac{5' \; 6''}{2' \; 10''}$, basi inaequalia subrepanda.

761. GARUGA.

Roxb. Ait. kew. 3. 37.

3987. G. PINNATA. *Roxb. Ait. k.* 3. 37. Hab. in India ♄. C.

IX. R U T A C E A E.

762. RUTA.

Linn. W. E. 446. *Gärtn. fr.* 2. 138.

3988. R. GRAVEOLENS. *Linn. W. E.* 446. Foliola ad 3‴ lata.
3989. R. MONTANA. *Linn. W. E.* 446. Foliola vix 1‴ lata.
3990. R. HALEPENSIS. *Linn. W. E.* 446.
3991. R. PINNATA. *Linn. W. E.* 446. Fol. bijuga c. impari.
3992. R. PATAVINA. *Linn. W. Sp.* 2. 544. Hab. in Italia boreali ♃. T. Folia simplicia, bina, terna, ternataque sessilia.

R. LINIFOLIA. *Linn. W. E.* 446. Folia latiora ac in praeced. Periit.

Cor. in omnibus flavae.

763. DICTAMNUS.

Linn. W. E. 446. Fraxinella *Gärtn. fr.* 1. 337.

3993. D. ALBUS. *Linn. W. E.* 446. Foliolis ovalibus basi inaequalibus. Petiolus evidenter marginatus. Foliola $\frac{2'}{1'}$. Cor. alba.
3994. D. FRAXINELLA. D. albus var. *L. W. E. l. c.* Foliolis oblongis basi attenuatis inaequalibus. Petiolus obscure marginatus. Foliola $\frac{3' \; 10''}{1' \; 2''}$. Cor. rubra. Foliorum forma, petiolo minus marginato et

colore a praecedente differt, nunquam cultura mutandus.

764. TRIBULUS.

Linn. W. E. 448. *Gärtn. fr.* 1. 335.

3995. TR. TERRESTRIS. *Linn. W. E.* 448.
3996. TR. CISTOIDES. *Linn. W. Sp.* 2. 567. *E. S.* 23. Hab. in America meridionali ♃. C. Cor. major ac in reliquis, flava.

765. FAGONIA.

Linn. W. E. 448. *Gärtn. fr.* 2. 153.

3997. F. CRETICA. *L. W. E.* 448. Cor. rubra.

766. ZYGOPHYLLUM.

Linn W. E. 448. *Gaertn. fr.* 2. 144.

3998. Z. FABAGO. *L. W. E.* 448. Cor. 4″ l.
3999. Z. FOETIDUM. *L. W. E.* 448. Cor. 8-10″ l.
4000. Z. SESSILIFOLIUM. *Linn. W. Sp.* 2. 563. Hab. ad Prom. b. sp. ♄. T. Cor. 6″ l.
4001. Z. MORGSANA. *Linn W. Sp.* 2. 562. Hab. ad Pr. b. sp. ♄. T. Foliola $\frac{1'}{8-10''}$ majora ac in reliquis.
4002. Z. COCCINEUM. *Linn. W. Sp.* 2. 561. Hab. in Africa ♄. C. Cor. coccineae in pr. flavae.

767. CROWEA.

Smith. Ait. kew. 3. 35.

4003. CR. SALIGNA. *Sm. Ait. k.* 3. 36. Hab. in Australia ♄. T.

768. GUAJACUM.

Linn. W. E. 445. *Gaertn. fr.* 2. 148.

4004. G. OFFICINALE. *L. W. E.* 446. Foliola extima $\frac{1'}{9''}$ inaequilatera, inferiora minora subaequilatera.

669. QUASSIA.

Linn. W. Sp. 2. 567. *Gaertn. fr.* 1. 340.

4005. Q. AMARA. *L. W. Sp.* 2. 567. Hab. in Surinamo ♄. C. Fol. pinnata. Cor. magna purpurea.

X. *MELIACEAE.*

770. MELIA.

Linn. W. E. 447. *Gaertn. fr.* 2. 474.

4006. M. AZEDARACH *Linn. W. E.* 447.
4007. M. SEMPERVIRENS. *Linn. W. E.* 447. Valde affinis praecedenti. Foliola quoque quina.

771. SWIETENIA.

Linn. W. Sp. 2. 557. *Gaertn. fr.* 2. 89.

4008. S. MAHAGONY. *L. W. Sp.* 2. 557. Hab. in America meridionali ♄. C.

XI. *LEGUMINOSAE.*

772. EDWARDSIA.

Salisb. Ait. kew. 3. 1.

4009. S. TETRAPTERA. *Sal. Ait. kew.* 3. 1. Sophora tetraptera *Linn. W. E.* 436. Foliola $\frac{1' 2''}{4''}$.
4010. S. MICROPHYLLA. *Sal. Ait. k.* 3. 1. Sophora microphylla *Linn. W. E.* 436.

773. SOPHORA.

Linn. W. E. 436. *Ait. kew.* 3. 2.

4011. S. ALOPECUROIDES. *Linn. W. E.* 437.
4012. S. JAPONICA. *Linn. W. E.* 437. Foliola subtus glaucescentia.
4013. S. TOMENTOSA. *Linn. W. Sp.* 2. 500. Hab. in Zeylona ♄. C. Foliola utrinque hirsuto tomentosa.

774. ANAGYRIS.

Linn. W. E. 438. *Ait. kew.* 3. 3.

4014. A. FOETIDA. *Linn. W. E.* 438.

775. VIR-

774. a. VIRGILIA.

Lam. Pers. syn. 1. 453. *Ait. kew.* 3. 3.

4015. V. AUREA. *Ait. kew.* 3. 4. Podaliria aurea *W. E.* 437. Fol. ultra 12 juga. Foliola $\frac{1'}{5''}$ Cor. flava.

4016. V. INTRUSA. *Brown. Ait. kew.* 3. 4. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Fol. ultra 12 juga; foliola $\frac{10''}{6''}$ Cor. flava.

4017. V. CAPENSIS. *Ait. kew.* 3. 4. *Pers. syn.* 1. 457. Podaliria capensis *W. Sp.* 2. 501. Sophora capensis *Linn. Mant.* 67. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T.

775. THERMOPSIS.

Brown. Ait. kew. 3. 3.

2093 E. GOUSSONI. *Tenore.* Fol. cordatis integris crenulatis mollissime tomentosis, stipulis maximis scariosis. Hab. . . . ♃. T. Aff. G. malacoidi at folia integra, stipulae majores scariosae. Umbellae pauciflorae. Cal. trilineatus apiculo brevi. Cor. purpurea.

MONADELPHIA.

HEPTANDRIA.

---

324. PELARGONIUM.

L'Herit. W. E. 701.

A. Acaulia.

a. Radice rapacea.

2094. P. CILIATUM. *L'Herit. W. Sp.* 3. 643. Hab. Pr. b. sp. ♃. T.
2095 P. RADIATUM. *Ait. Kew.* 4. 160. Geranium radiatum *Andr. Rep.* 152. Hab. in Pr. b. sp. ♃. T.
2096. P. LACINIATUM. *Andr. W. E.* 700. Non est in Hb. W. at in Horto. Fol. pinnis linearibus.
2097. P. PILOSUM. *Ait. Kew.* 4. 164. P. hirtum. *W. Sp.* 3. 644. Hab. in Pr. b. sp. ♃. T.
2098. P. MELANANTHON. *Jacq. W. E.* 700. Folia pinnata. Cor. atropurpurea.
2099. P. RAPACEUM. *Jacq. W. E.* 700. Geranium rapaceum *Linn. syst. ed.* 10. 1141. Geranium prolificum *Linn. Sp.* 949.

b. Radice tuberosa.

2100. P. LOBATUM. *Ait. W. E.* 701. Geranium lobatum *Linn. Sp.* 950. Cor. atropurpurea.
2101. P. TRISTE. *Ait. W. E.* 701. Geranium triste *Linn. Sp.* 950.
2101. P. FILIPENDULIFOLIUM. *Bot. Mag.* 1. 641. Hab. in Pr. b. sp. ♃. T.
2102. P. FLAVUM. *Ait. W. E.* 701. P. daucifolium *W. E. S.* 48. Geranium flavum *Linn. Mant.* 257. Geranium daucifolium *Cavan. Diss.* 4. 260. *t.* 120. *f.* 2. Folia pinnata laciniis filiformibus.
2103. P. PULCHELLUM. *Ait. Kew.* 4. 165. *Bot. Mag.* 524. *Andr. Rep.* 168. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Petala alba rubro maculata.

B. Caulescentia herbacea.

2104. P. OVALE. *Ait. W. Sp.* 3. 683. *E. S.* 47. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Cor. 1' longa purpurea.

2105. P. INCANUM. *W. E. S.* 47. Folia ovalia subcuneata plicato-lineata acute crenata molli tomentosa virentia.
2106. P. ELEGANS. *W. Sp.* 3. 655. Geranium elegans *Andr. Rep. t.* 28. Hab. in Pr. b. sp. ♃. T.
2107. P. DONDIAEFOLIUM. Caule petiolisque hirsutis, foliis quinquelobis antice acute crenatis ped. longissimis, bracteis linearibus. Hab. in Pr. b. sp. ♃. T. Folia inferiora leviter lobata superiora partita.
2108. P. TABULARE. *Ait. W. E.* 701. Geranium tabulare *Linn. Sp.* 794. Folia 5 loba zonata. Cor. 6″ longa alba.
2109. P. ALCHEMILLOIDES. *Ait. W. E.* 701. Geranium alchemilloides *Linn. Sp.* 948. P. Heritieri *Hort. Vind.* vix diversum.
2110. P. ODORATISSIMUM. *Ait. W. E.* 701. Geranium odoratissimum *Linn. Sp.* 948.
2111. P. FRAGRANS. *W. E.* 701. *Hort. ber. t.* 77. Affine pr. majus, fruticosum.
2112. P. INODORUM. *W. E.* 702. *Hort. ber. t.* 34. Affine sequenti, folia minus lobata, umbellae multiflorae.
2113. P. GROSSULARIOIDES. *Ait. W. Sp.* 3. 657. Geranium grossularioides *Linn. Sp.* 948.
2114. P. ANCEPS. *Ait. W. E.* 702. Affine P. inodoro. Folia magis rotundata. Cor. parvae violaceae.
2115. P. ALTHAEOIDES. *Ait. W. E.* 702. Folia cordata oblonga. Cor. parvae violaceae.
2116. P. HUMIFUSUM. *W. E. S.* 47. *c. descr.* Folia cordata molli pubescentia. Umbellae multiflorae. Cor. alba punctis striisque sanguineis. Affine pr.
2117. P. COLUMBINUM. Jacq. *W. E.* 701. Folia Geranii columbini.
2118. P. CORONOPIFOLIUM. Jacq. *W. Sp.* 3. 659. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Cor. purpurascens unicolor.
2119. P. TRICOLOR. *Curt. W. E.* 702.
2120. P. CANARIENSE. *W. E.* 702. *Hort. ber. t.* 17. Folia tripartita laciniis pinnatifidis. Cor. alba lituris purpurascentibus.
2121. P. MYRRHIFOLIUM. *Ait. W. E.* 702. Geranium myrrhifolium *Linn. Sp.* 949. Folia cordata basi pinnatifida. Cor. alba lituris purpureis.
2122. P. LACERUM. Jacq. *W. Sp.* 3. 662. Hab. in Pr. b. sp. ♃. T. Folia pinnata laciniis brevibus inciso-dentatis. Cor. 8″ longa alba lituris purpuras-

centibus *β*. P. longicaule *Jacq. ic t.* 535. Foliorum laciniae paullo longiores.

2123. P. MULTICAULE. *Jacq. W. E.* 702. Pr. affine at tenerius. Cor. violaceae minores.

2124. P. CORIANDRIFOLIUM. *Aiton. W. E.* 702. Geranium coriandrifolium *Linn. Sp.* 949.

2125. P. QUINQUEVULNERUM. *W. E.* 730. Geranium quinquevulnerum *Andr. Rep. t.* 119. Hab. Pr. b. sp. ♃. D. Folia bipinnatifida.

C. *Fruticosa.*

a. Tubus nectariferus calyce longior.

α. Folia integra, angulata, lobata, pinnatifidaque.

2126. P. GLAUCUM. *Ait. W. E.* 703. Geranium glaucum *Linn. Suppl.* 306. *β*. P. Tankervillae *Hort.*

2127. P. LANCEOLATUM. *Cavan. Diss.* 4. 236. *t.* 102. *f.* 2. *Diss.* 5. 271. Geranium lanceolatum *Andr. ger. c. ic.*

2128. P. DIVERSIFOLIUM. *Wendl. W. E.* 703. Folia inferiora dentata, superiora integerrima.

2129. P. CUSPIDATUM. *W. E. S.* 37. *c. descr.* Folia inferiora dentata breviora ac in pr.

2130. P. PENICILLATUM. *W. E.* 705. *Hort. ber. t.* 87. Folia inciso-dentata ambitu ovata. Cor. 1' longa alba petalis inferioribus macula violacea penicillata.

2131. P. ACETOSUM. *Ait. W. E.* 705. Folia glabra 1' longa 1/2' lata basi cuneata. Petala angusta albo-incarnata.

2132. P. HYBRIDUM. *Ait. W. E.* 704. Geranium hybridum *Linn. Mant.* 97. Folia cordata glabra nervis pubescentibus. Cor. coccinea.

2133. P. RENIFORME. *Ait. Kew.* 4. 171. *Bot. Mag.* 493. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Cor. 8''' longa violacea lineis obscuris.

2134. P. STENOPETALUM. *Ehrh. W. E.* 704. Folia basi minus cuneata ac in P. acetoso. Petala angusta coccinea.

2135. P. PUMILUM. *W. E.* 704. Folia cuneata sublobata. Cor. coccinea. Non est in Hb. W.

2136. P. SCANDENS. *Ehrh. W. E.* 704. Affine P. acetoso at folia antice magis incisa. Cor. magis rubens.

2157. P. LATERITIUM. *W. E. S.* 27. *c. descr.* Affine P. zonali at folia magis incisa et partita.
2158. P. ZONALE. *Ait. W. E.* 704. Geranium zonale *Linn. Sp.* 947. Cor. violacea, in varietate kermesina.
2159. P. MARGINATUM. P. zonale marginatum *W. E.* 704. Geranium marginatum *Cavan. Diss.* 4. 230.
2140. P. CRENATUM. *Andr. ger. ic.* Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. A pr. foliis acutius et pro undius crenatis differt.
2141. P. INQUINANS. *Ait. W. E.* 705. Geranium inquinans *Linn. Sp.* 9. 25. β. Bentinkianum, corollis intensius rubris. Var. videtur P. purpureum foliis mollissime et dense pilosis.
2142. P. HETEROGAMUM. *Ait. W. E.* 704. Fol. magis incisa ac in pr. Non est in Hb. W.
2143. P. NOBILE. *Dietr. Nachtr.* 6. 68. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Folia quinquepartita acute crenulata Cor. 1' longa purpurascens lineis sanguineis ramosis.
2144. P. RUBENS. *W. E. S.* 48. *Dietr. Nachtrag. z. Lex.* 6. 40. Folia basi rotundata sublobata. Cor. purpurascens lineis obscurioribus.
2145. P. SPURIUM. *W. E.* 709. Folia reniformia. Cor. violacea lineis ramosis sanguineis. P. retusum *Hort. Erf.* vix differt.
2147. P. CRASSICAULE. *Ait. W. Sp.* 3. 668. *Bot. Mag.* 477. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Cor. alba, saepe basi nigro maculata. β. P. mammulosum Hort.
2148. P. PELTATUM. *Ait. W. E.* 705. Geranium peltatum *Linn. Sp.* 943.
2149. P. SCUTATUM. *Pl. sel. Hort. ber. t.* 23. Hab. in terra Caffrorum ♄. T. A. pr. hirsutie differt.
2150. P. LATERIPES. *Ait. W. E.* 705. Aff. P. peltato.
2151. P. TETRAGONUM. *Ait. W. E.* 705. Geranium tetragonum *Linn. Sp.* 305.
P. fragrans v. s.
2152. P. COCHLEATUM. *W. E. S.* 48. *c. descr.* P. concavifolium *Wendl. Coll.* 2. *t.* 64. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Folia basi rotundata sublobata. Cor. 1' longa alba lineis ramosis sanguineis.
2153. P. AMPLISSIMUM. *Wendl. W. E. S. c. descr.* P. distentifolium *Hort.* Folia basi cuneato-rotun-

data antice partita. Cor. 1' longa alba lineis ramo purpurascentibus.
2154. P. GRANDIFLORUM. W. E. 707. Geranium grandiflorum Andr. Rep. t. 12. Folia pr. at basi cisa. Cor. major ac in pr. eodem colore.
2155. P. ECHINATUM. Curt. W. E. 707. Folia ta data lobata; stipulae ramorum juniorum vigesc Cor. 10" longa alba aut violacea macula sanguinea.
2156. P. BICOLOR. Ait. W. E. 709. Petala inte violacea margine albo.
2157. P. RIGIDUM. Donn. W. E. 709. Folia tr de et acute crenata. Cor. alba basi rubra.
2158. P. WILLDENOWI. Sweet. Hort. suburb. P. pulchellum W. E. S. 47. P. superbum Diet Nachtr. z. Lexc. 6. 43. Folia basi cuneata trilob Cor. 10" longa incarnata lineis ramosis sanguineis.
2159. P. SORORIUM. W. E. S. 48. c. descr. Ha in P. b. sp. ♄. T. Folia fere ad petiolum tripart laciniis antice inciso-serratis. Cor. 10" longa alba lineis sanguineis. Tubus nectariferus fere brevior ca lyce.
2160. P. VISCIDUM. Dietr. Nachtr. z. Lexic. 6. 4 Hab. in P. b. sp.? ♄. T. Aff. P. glutinoso, foli profundius partita. P. dissectum Hort.

β. Folia partita ad petiolum usque.

P. sororium v. s.
2161. P. PALLIDUM. W. E. 710. Folia tripartita Cor. pallida.
2162. P. SPLENDENS. W. E. 711. Hort. ber. t. 7 Folia tripartita. Cor. 9" longa sanguinea.
2163. P. TERNATUM. Jacq. W. E. 712. Geranium ternatum Linn. Suppl. 306. Foliorum lobi antice in cisi. Cor. ad 1' longa alba lineis ramosis sanguinei
2164. P. GLABRELLUM. Affine pr. at caulis petiol folia non hirta sed pilis brevissimis scabriuscula.
2165. P. TRIPARTITUM. W. E. 711. Foliis la niis sinuato-incisis. Cor. ultra 1' longa petalis ang stis, albo purpurascens.
2166. P. GIBBOSUM. Ait. W. E. 711. Geraniu gibbosum Linn. Sp. 946. Genicula tumida.
2167. P. FULGIDUM. Ait. W. E. 711. Geranium fulgidum Linn. Sp. 943. Folia ternato-pinnatifid Cor. sanguinea.

58. P. CARNOSUM. *Ait. W. E.* 712. Geranium carnosum *Linn. Sp.* 946. Folia superiora ternato-pinnatifida. Cor. parva 4″ longa albida.
69. P. SANGUINEUM. *Wendland. W. E. S.* 48. *Dietr. Lex. Nachtr.* 6. 60. Folia pinnata pinnis distantibus pinnato-pinnatifidis laciniis longis glabris.

γ. Folia supradecomposita.

70. P. INCISUM. *W. E.* 712. Geranium incisum *Andr. Rep. t.* 67.
72. P. MULTIRADIATUM. *Wendl. Coll. Dietr. Nachtr.* 6. 61. Hab. in Pr. b. sp.? ♄. T.

b. Tubo nectarifero calyci aequali aut ipso breviore.

a. Folia integra, angulata, lobata, pinnatifidaque.

173. P. BETULINUM. *Ait. W. E.* 703. Geranium *Linn. Sp.* 946.
174. P. MONSTRUM. *Ait. W. E.* 705.
175. P. CORDATUM. *Ait. W. E.* 705. Folia cordata sublobata nervis purpureis. Cor. 1′ longa violacea, petalis inferioribus lineis ramosis sanguineis.
176. P. RUBROCINCTUM. Foliis cordatis acute crenulatis glaberrimis, stipulis linearibus reflexis umbellis multifloris. Hab. in Pr. b. sp.? ♄. T. Affine pr. at folia glaberrima. Folia rubrocincta, stipulae rubentes.
177. P. CONDUPLICATUM. *W. E.* 705. Cor. 1′ longa alba, petalis inferioribus lineis ramosis purpureis.
178. P. TORMANNI. *Dietr. Beschreib. d. Gärten.* 3. *Aufl.* 235. P. Willdenowii *Dietr. Lex. Nachtr.* 6. 46. Hab. in Pr. b. sp.? ♄. T. Aff. sequenti at glabrum.
1179. P. BARRINGTONI. *W. E.* 607. Folia rotundata vix lobata basi excisa obtusa. Cor. ultra 1′ lga. violacea, lineis ramosis purpureis *β.* floribus majoribus. Prince Regent.
1180. P. CUCULLATUM. *Ait. W. E.* 706. Geranium cucullatum *Linn. Sp.* 946. Folia rotundata vix lobata basi parum excisa. Cor. ut in pr.
1181. P. ANGULOSUM. *Ait. W. E.* 706. Folia basi subcuneata angulata. Cor. ut in pr. *β.* minimum differre videtur specie. Fol. ut in seq. acutius crenata non cuneata.

2182. P. GLORIOSUM. *Hoffmannsegg. Dietr. Nachr.* 6. 67. Hab. in Pr. b. sp.? ♄. T. Folia cuneata subtriloba acutiuscule crenata. Folia multo minus incisa et acutata ac seq.

2183. P. ACERIFOLIUM. *Ait. W. E.* 706. Geranium citriodorum *Cavan. Icon.* 1. t. 8. Folia superiora praesertim profunde partita. Cor. ut in pr.

2184. P. SIDAEFOLIUM. *W. E.* 706. P. spectabile *Hort.* Fol. inferiora basi excisa vix lobata summa basi non excisa sublobata brevissime acutata. Cor. pallide violacea, lineis purpureis ramosis.

2185. P. SPECIOSUM. *W. E.* 706. Folia inferiora basi excisa, summa non excisa, omnia sublobata. Cor. alba lineis purpureis ramosis.

2186. P. WATSONI. Foliis cordatis rotundatis sublobatis acute crenatis, pedicellis calyce brevioribus, tubo calyci subaequali. Hab. in Pr. b. sp.? ♄. T. Folia mollia hirta. Stipulae parvae. Pedicelli 4″ longi, tubus 4—5″ lg. cor. 6″ lg. Cor. 1′ longa purpurascens, basi purpurea.

2187. P. AUGUSTUM. Foliis lobato subpinnatifidis, laciniis mucronulate serrato-dentatis, stipulis ovatis acutis, pedicellis calyce brevioribus. Hab. in Pr. b. sp.? ♄. T. Caulis pilis patulis. Folia longe petiolata 7loba, hirta, laciniis obtusatis. Stipulae 4″ lgae e lata basi acuminatae. Pedunculi longi. Flores subcapitati, pedicelli 1″ longi. Tubus nectariferus 5″ longus, laciniae 6″ longae lanceolatae. Cor. ultra 1′ lga. incarnata lineis ramosis sanguineis.

2188. P. FRAGRANTISSIMUM. Folia basi subrotundata lobata, lobis mediis rotundatis lateralibus acutatis, omnibus acute serratis, pedicellis calyci aequalibus. Hab. in Pr. b. sp.? ♄. T. Caulis hirtus. Fol. longe petiolata 1′ 8″ longa et lata subtrilobo-incisa serrata seu potius acute crenata hirta. Stipulae reflexae ovatae 3—4″ longae. Pedunculi pilis patulis, pedicelli 5″ longi. Tubus nectariferus 1″ longus, cal. laciniis reflexis lanceolatis 4—5″ longis. Cor. purpurascens lineis ramosis purpureis.

2188. a. P. LADANOSMA. *Hofmannsegg. Dietr Nachtr.* 6. 68. Fol. subrotunda sublobata acute crenulata. Cor. lilacinae.

2189. P. PAPILIONACEUM. *Ait. W. E.* 706. Geranium papilionaceum *Linn. Sp.* 945. Pet. 6—8′ longa alba medio macula violacea.

2200.

2190. P. CORTUSAEFOLIUM. *Ais. W. Sp.* 3. 672. Hab. in Africae australis littoribus occidentalibus ♄. T.

2191. P. FUSCATUM. *Jacq. W. E.* 707. Folia zonata, media lobata, superiora partita. Cor. 9″ longa rubens lineis baseos obscuris.

2192. P. PIPERITUM. *Dietr. Nachtr.* 6. 69 Hab. in Pr. b. sp? T. ♄. Folia 5 partita, laciniis divaricatis pubescentibus. Cal. hirtus. Cor. 6″ longa purpurascens. Stylus elongatus.

2193. P. DELPHINIFOLIUM. *W. E.* 708. Fol. triloba fere ut grandiflori. Cor. fere 1′ longa violacea, basi maculis sanguineis. Cal. reflexus.

2194. P. HEPATICAEFOLIUM. *Spreng. nov. prov.* 31. Hab. in Pr. b. sp.? ♄. T. Folia fere pr. zonata. Umb. pauciflorae. Cor. 6″ longa purpurascens maculis sanguineis.

2195. P. UNIFLORUM. *Sessé. Hort. Breit.* 340. Hab. in Pr. b. sp.? ♄. T. Folia fere pr. immaculata. Ped. uniflori.

2196. P. SUAVEOLENS. *Dietr. Nachtr.* 6. 70. Hab. in Pr. b. sp.? ♄. T. Fol. 3 — 5 partita dentato incisa citriodora. An hujus sectionis?

2197. P. EXSUL. *Hoffmannsegg. Dietr. Nachtr.* 6. 66. Hab. in Pr. b. sp.? ♄. T. Folia tripartita acutissime dentato-incisa. Stipulae subcordatae. P. errans *Hort.*

2198. P. CYNOSBATIFOLIUM. *W. E.* 708. *Hort. ber. t.* 78. Folia lobata subpinnatifida hirta. Umb. subbiflora. Cor. 6″ longa violacea.

2199. P. SANICULAEFOLIUM. *W. Sp.* 3. 673. P. cortusaefolium *Jacq. Ic. t.* 539. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Affine P. fuscato at minus. Folia ut in eodem. Cor. minor petalis angustis unicoloribus albis.

2200. P. COTYLEDONIS. *Ait. W. E.* 707. Folia peltata crenato-lobata. Cor. 6 — 7″ longa petalis latis albis.

2201. P. AUSTRALE. *W. E.* 707. Umbellae densae. Cor. 4″ longa pallide violacea lineis purpureis. Aff. seq. at folia superiora quoque basi excisa.

2202. P. VITIFOLIUM. *Ait. W. E.* 707. Geranium vitifolium *Linn. Sp.* 947.

2203. P. CAPITATUM. *Ait. W. E.* 707. Geranium capitatum *Linn. Sp.* 947. Geranium capitatum *Linn. Sp.* 947.

2204. P. GLUTINOSUM. *Ait. W. E.* 707.

2205. P. HISPIDUM. *W. E.* 707. Geranium hispidum *Linn. Suppl.* 303. Folia palmata supra tomentosa subtus molli hirta.
2206. P. TOMENTOSUM. *Jacq. W. E.* 708. Folia cordata subquinqueloba mollissime pilosa. Cor. 6‴ longa violascens.
2207. P. RIBIFOLIUM. *Jacq. W. E.* 708. Folia ut in P. amplissimo fere. Cor. 8‴ longa alba.
2208. P. QUERCIFOLIUM. *Ait. W. E.* 708. Geranium quercifolium *Linn. Suppl.* 306.
2209. P. GRAVEOLENS. *Ait. W. E.* 708. Affine pr. at folia angustiora.
2210. P. ASPERUM. *Ehrh. W. E.* 708. Affine seq. at caulis scaber, folia scaberrima.
2211. P. RADULA. *Ait. W. E.* 709. et β. roseum.
2212. P. BALSAMEUM. *Jacq. W. E.* 709. Folia fere P. delphinifolii. Umb. pauciflorae. Cor. 8‴ lga. incarnata.
2213. P. DENTICULATUM. *Jacq. W. E.* 709.
2214. P. NOTHUM. *W. E.* 709. Folia parva basi rotundata. Cor. 6—7‴ longa violacea lineis obscuris.
2215. P. ALNIFOLIUM. *W. E.* 710. Fol. 1″ longa 8 – 9‴ lata subincisa. Cor. fere 1″ longa violacea lineis ramosis obscuris.
2216. P. CRISPUM. *Ait. W. E.* 709. Geranium crispum *Linn. Mant.* 267. Folia 3—5 loba parva crispata. β. minus. P. Hospes *Hort.*
2217. P. GRATUM. *W. E.* 710. Folia 8‴ longa 6‴ lata incisa. Cor. ut in P. alnifolio.
2218. P. CONSANGUINEUM. *W. E.* 710. Folia 1″ longa 1″ – 2‴ lata lobata praesertim superiora. Cor. ut in pr.
2219. P. OBTUSILOBUM. *W. E.* 711. Folia 1″ 2‴ longa 1″ 6‴ lata lobis obtusis rubro-marginatis. Cor. 10‴ longa incarnata lineis rubris.
2220. P. HERMANNIAEFOLIUM. *Jacq. W. E.* 709.
2221. P. ADULTERINUM *Ait. W. E.* 711. Folia subcordata incisa 8‴ longa 8‴ lata. Cor. fere 1″ lga. violacea.
2222. P. EXSTIPULATUM. *Ait. W. E.* 711.
2223. P. UNICOLORUM. *W. E. S.* 48. c. descr. Folia inferiora basi subexcisa, superiora subcuneata. Cor. 8—9‴ longa unicolor purpurea.

P. candidum v. i.

β. Folia ad pedunculum fere partita.

P. denticulatum v. s.

2224. P. CANDIDUM. *Sweet. Hort. suburb.* 152. Hab. in Pr. b. sp.? ♄. T. Foliis ternato-pinnatifidis laciniis inciso-crenatis obtusis, infimis partitis, molliter tomentosis, subcandicantibus, tubo nectarifero calyci aequali. Foliorum crenae obtusae. Stipulae ovatae breves fuscae. Ped. 3″ longi, tubus nectariferus 2—3″ longus, calyx 5″ longus. Cor. 6″ longa alba lineis purpureis ramosis.

2225. P. SPIRANS. *Hoffmannsegg.* Foliis ternato-pinnatifidis laciniis inciso-crenatis obtusis molliter tomentosis, tubo nectarifero calyce multo breviore. Hab. in Pr. b. sp.? ♄. T. Cor. majores ac in pr.

2226. P. ARDENS. Foliis pinnato-pinnatifidis laciniis obtusatis crenato incisis pilosis. Hab. in Pr. b. sp.? ♄. T. Cor. coccineae. An hujus sectionis?

2227. P. DIVARICATUM. *Dietr. Nachtrag.* 6. 52. Hab. in Pr. b. sp.? ♄. T. Aff. pr. laciniae foliorum magis acutatae. An var? Cor. coccineae. P. Felteri *Hort.*

2228. P. EGREGIUM. *Hort. Belveder.* 71. Hab. in Pr. b. sp.? ♄. T. Foliis ternato-pinnatifidis pubescentibus, umbellis paucifloris, tubo nectarifero calyci reflexo aequali. Caulis pubescens. Foliorum lacinulae breviter acutatae. Stipulae ovatae breves virentes. Umbellae triflorae. Pedic. 3′ longi, tubus nectariferus 3′ longus uti calyx. Calycis phylla lanceolata acuta. Cor. 6″ longa coccinea.

2229. P. ALTERNANS. *Wendl. W. E.* 712. Folia pinnata, pinnulae ita attenuatae ut petiolatae appareant ipsae.

γ. Folia supra decomposita.

2230. P. ABROTANIFOLIUM. *Jacq. W. E.* 712. Folia parva. Petala linearia flavescentia.

2231. P. CRITHMIFOLIUM. *Smith. W. E.* 712.

2232. P. HIRTUM. *Jacq. W. E.* 712.

2233. P. PUBESCENS. *Andr. Geran. ic.* Hab. in Pr. b. sp.? ♄. T. An hujus sectionis?

Incertae sedis cum florentes non viderim, sunt: P. aromaticum Hoffm. Besseri, capense, foliis cordatis acutissime crenulatis tomentosis supra viridibus subtus candicantibus venosis.

MONADELPHIA

OCTANDRIA.

I. MELIACEAE.

325. AITONIA.

Linn. Suppl. W. Sp. 3. 690.

2234. A. CAPENSIS. *Linn. Suppl. W. Sp.* 3. 690. Hab. in Pr. b. sp. ♄. S. Cor. fusca.

MONADELPHIA

DECANDRIA.

I. GERANIOIDEAE.

326. GERANIUM.

Linn. W. E. 713.

A. Pedunculis unifloris.

2235. G. SIBIRICUM. *Linn. W. E.* 713. Cor. parum incarnata.

2236. G. SANGUINEUM. *Linn. W. E.* 713.

2237. G. PROSTRATUM. *Cavan. Diss.* 4. 196. *t.* 76. G. lancastriense *Wither. prodr.* 600. G. sanguineum *β. W. E.* 713. Minor G. sanguineo. Fol. non ad basim partita.

2238. G. LONDESII. *Fischer.* Foliis quinquelobis, lobis cuneatis inciso serratis pubescentibus, phyllis calycinis longe cuspidatis. Hab. . . . ♃. D. Affine G. palustri at uniflorum. Folia fere eadem. Stipulae scariosae. Ped. elongati medio bracteolis 2 lanceolatis rubentibus. Fl. magnitudine floris G. palustris. Petala violacea, lituris 3 rubris.

B. Pedunculis bifloris. Perennia.

1239. G. TUBEROSUM. *Linn. W. E.* 713. Caulis basi incrassatus. Fol. laciniae angustae. Cor. striata.

1240. G. ANEMONEFOLIUM. *Ait. W. E.* 713. G. palmatum *Cav Diss.* 4. 216. *t.* 84. *f.* 2. G. rutilans *Ehrh. Beytr.* 7. 164.

1241. G. MACRORHIZUM. *Linn. W E.* 713.

1242. G. PHAEUM. *Linn. W. E.* 714. *β.* G. fuscatum *Linn. W. Sp.* 3. 700.

1243. G. REFLEXUM. *Linn. W. E.* 714.

1244. G. LIVIDUM. *Ait. W. E.* 714.

1245. G. NODOSUM. *Linn. W. E.* 714.

1246. G. STRIATUM. *Linn. W. E* 714.

1247. G. ANGULATUM. *Curt. W. E.* 714. Cor. ut in pr. at major.

1248. G. SYLVATICUM. *Linn. W. E.* 714. Fol. G. palustris, pedunculi breviores confertiores.

1249. G. BATRACHIOIDES. *Cavan. Diss.* 4. 211. *t.* 85. *f.* 1. G. sylvaticum batrachioides *Pers. syn.* 2. 235. Hab. in Europae pratis montosis. Magis hirsutum ac pr. Cor. majores.

1250. G. IBERICUM. *Cavan. W. E.* 714. Cor. maximae in hoc genere.

1251. G. PALUSTRE. *Linn. W. E.* 714.

1252. G. WLASSOVIANUM. *Fischer.* Foliis breve petiolatis pubescentibus 5 lobis, lobis cuneatis serrato incisis, phyllis calycinis cuspidatis. Hab. in Sibiria ♃. D. Valde affine seq. at differt foliorum caulinorum petiolis 1—2′ longis. Cor. eadem. Amphispermia inflata hirta.

1253. G. ACONITIFOLIUM. *Ait. W. Sp.* 3. 704. *E. S.* 49. Hab. in Alpibus Europae australis ♃. D. Folia angustius et magis incisa ac in G. palustri, cor. minores.

1254. G. COLLINUM. *Steph. W. Sp.* 3. 705. *Marsch. t. c.* 1. 137. 3. Hab. in Ucrania, ad Wolgam, in Caucaso D. Fol. pr. cor. seq. ped. glandulose hirti.

1255. G. ALBANUM. *Marsch. t. c.* 1. 137. 3. 455. Hab. in Albania iberica D.

1256. G. MACULATUM. *Linn. W. E.* 715. In nostro folia summa magis petiolata ac in pr.

1257. G. CANESCENS. *Ait. W. E.* 715. Caul. procumbens. Fol. 6—7″ longa laciniis 3—4‴ latis junioribus canescentibus.

2258. G. INCANUM. *Linn.* *W.* *E.* Fol. laciniis latis subtus incanis.
2259. G. ARGENTEUM. *Linn.* *W.* *E.* 716. Folia sericea nitentia.
2260. G. PYRENAICUM. *Linn.* *W.* *E.* 715.
2261. G. UMBROSUM. *Waldst.* *Kit.* *W.* *E.* 716. Vix diversa a pr.
2262. G. PARVIFLORUM. *Linn.* *W.* *E.* 715. Quoad folia, pr. simile.
2263. G. VARIUM. *L'Herit.* *W.* *Sp.* 3. 707. G. cinereum *Cavan.* *Diss.* 4. 208. *t.* 89. *f.* 1. Hab. in Alpibus Europae australis. F. Nostra est varietas caulescens. Folia ambitu orbiculari 5loba, lobis trifidis. Cor. magna violacea.

C. Pedunculi biflori. Annua.

2264. G. BOHEMICUM. *Linn.* *W* *E.* 716. Amphispermia hirta nigra, rostro brevi.
2265. G. DIVARICATUM. *Ehrh.* *W.* *E.* 716.
2266. G. CAROLINIANUM. *Linn.* *W.* *E.* 716.
2267. G. LANUGINOSUM. *Jacq.* *W.* *E.* 716. Vix a pr. diversum
2268. G. LUCIDUM. *Linn.* *W* *E.* 716. Cal. transverse lineatus.
2269. G. COLUMBINUM. *Linn.* *W.* *Sp.* 3. 711. Hab. in Europa media et australi. D.
2270. G. DISSECTUM. *Linn.* *W.* *E.* 716.
2271. G. PUSILLUM. *Linn.* *W.* *E.* 717.
2272. G. MOLLE. *Linn.* *W.* *Sp.* 3. 710. Hab. in Europa. D.
2273. G. ROBERTIANUM. *Linn.* *W.* *E.* 717.
2274. G. PURPUREUM. *Villars.* *W.* *Sp.* 3. 715. *E.* *S.* 49. Folia multo magis dissecta ac in pr. flores minores.

MONADELPHIA.

DODECANDRIA.

I. GERANIOIDEAE.

327. MONSONIA.

Linn. W. E. 717

2275. M. SPECIOSA. *Linn. Suppl. W. E.* 717. Cor. 1′ 10″ longa petal. dentatis.
2276. M. PILOSA. *W. E.* 717. Cor. minor ac in pr. 1′ 6″ longa pet. dentatis. Fol. non ad basin partita.
2277. M. LOBATA. *Ait. W. E.* 717. M. filia *Linn. Suppl. Cavan. Diss.* 3. 180. *t.* 74. *f.* 2. Folia cordata ovata lobata incisa.
2278. M. OVATA. *Ait. W. E.* 718. Folia minora ac in pr. oblonga crenata, flores minores.

II. MALVACEAE.

328. KLEINHOFIA.

Linn. W. Sp. 3. 378.

2279. KL. HOSPITA. *Linn. W. Sp.* 3. 871. Hab. in Cuba ♄. C.

329. HELICTERES.

Linn. W. Sp. 3. 718.

2280. H. JAMAICENSIS. *Linn. W. E.* 718. Tota tomentosa.
2281. H. BARUENSIS. *Linn. W. Sp.* 3. 720. Hab. in America calidiore ♄. C. Folia subtus tomentosa.
2282. H. FERRUGINATA. Foliis cordate lanceolatis crenulatis tomentosis subtus ferrugineo candicantibus, floribus terminalibus subracemosis, carpophoro longissimo. Hab. in Brasilia ♄. C. Folia inaequalia 2′ 6″ longa 1′ 4″ lata acutiuscula. Ped. 7″ longus, cal. 10″ longus uterque dense tomentosus. Cor. lon-

gior calyce flavescens. Carpophoron arcuatum 2—3' longum. Nomine H. Isorae ex Hort. Herrenh.

2283. H. ISORA. *Linn. W. E.* 718. Folia ultra 3' longa 2' 6" lata subtus candido-tomentosa. Cor. rubra. Carpophoron 1' 6" longum.

2284. H. VERBASCIFOLIA. *Hort. Cels.* Foliis cordatis acuminatis serratis tomentosis virentibus, pedunculis axillaribus paucifloris, carpophoro longissimo. Hab. in Brasilia? ♄. C. Fol. 4—5" longa 3" lata. Cal. 8" longus. Cor. rubra multo longior calyce. Carpophoron tenue 4' longum.

Habemus adhuc tres species e Brasilia quae nondum floruerunt.

330. DOMBEYA.

Cavan. W. Sp. 3. 724.

2285. D. FERRUGINEA *Cav. W. Sp.* 3. 725. *E. S.* 49. Hab. in insula Mauritii ♄. C.

331. PENTAPETES.

2286. P. PHOENICEA. *Linn. W. E.* 719.

2287. P. OVATA. *W. E.* 719. Brotera ovata *Cav. Ic.* 5. 20. *t.* 133. Fol. quintuplinervia subtus incano-tomentosa. Cor. minor.

332. PTEROSPERMUM.

Schreb. W. E. 719.

2288. PT. ACERIFOLIUM. *W. E.* 719.

2289. PT. SUBERIFOLIUM. *W. Sp.* 3. 728. Pentapetes suberifolia *Linn. Sp.* 959. Hab. in India orientali.

2290. PT. SEMISAGITTATUM. *Hort. angl.* Foliis lanceolatis basi hinc auriculatis subtus tomentosis. Hab. in India orientali? ♄. C. Folia longissima ped. longa 1' 6"—2' lata basi auricula acuta vix 2" lga.

MONADELPHIA.

POLYANDRIA.

I. *MYRTACEAE.*

333. GUSTAVIA.

2291. G. AUGUSTA. *Linn. W. Sp.* 3. 846. Hab. in Surinamo et insula Cayenne ♄. C.

II. *MALVACEAE.*

334. CAROLINEA.

Linn. W. Sp. 3. 729.

2292. C. PRINCEPS. *Linn. W. Sp.* 3. 729. Hab. in Guyanae locis aqua marina submersis ♄. C.
2293. C. INSIGNIS. *Swartz. W. Sp.* 3. 730. Hab. in America calidiore prope Vera Cruz. ♄. C.
2294. C. MINOR. *Sims. Bot. Mag.* 1412. *Ait. Kew.* 4. 194. Hab. in Guyana ♃. C.

335. ADANSONIA.

Linn. W. E. 780.

2295. A. DIGITATA. *Linn. W. E.* 730.

336. CHEIROSTEMON.

Humboldt. et Bonpl. pl. aequinoct. t. 24.

2296. CH. PLATANOIDES. *H. et B. pl. aequ. t.* 24. Hab. in Regno Mexicano ♄. C.

337. BOMBAX.

Linn. W. E. 719.

2297. B. PENTANDRUM. *Linn. W. E.* 720. Folia quinata. Cor. 1' 2'' longa.
2298. B. VITIFOLIUM. *W. E.* 720. Fol. quinqueloba, lobis acuminatis serratis.
2299. B. ERIANTHOS. *Cavan. W. Sp.* 3. 731. Hab. in Brasilia ♄. C. Folia septenata.

2300. B. CEIBA. *Linn. W. Sp.* 3. 732. Hab. in America calidiore ♄. C. Folia quinata.

338. LAGUNAEA.

Schreb. W. E. 720.

2301. L. LOBATA. *W. E.* 720. Triguera acerifolia *Cavan. Diss.* 1. 41. *t.* 11. *f.* ult. Solandra lobata *Murray. Comm. goett.* 1784. *p.* 21. *t.* 1. Sinus acuti.
2302. L. SINUATA. *Hornem. hafn.* 645. Hab. . . . ☉. T. Sinus rotundati.
2303. L. PATERSONIA. *Pers. syn.* 2. 259. L. squamea *Venten. Malm.* 42. Hibiscus Patersonius *Andr. Rep. t.* 286. Hab. in insula Norfolk ♄. T. Arborescens, fol. lanceolata integerrima subtus argentea.

339. SIDA.

Linn. W. E. 720.

A. Folia lanceolata, oblonga, ovatave.

2304. S. VIMINEA. *Fischer.* Foliis lanceolatis longissimis integerrimis pilosis, racemis terminalibus brevissimis. Hab. in Brasilia ♃. C. Caulis erectus strictus pilis patulis. Pet. 4″ longus. Fol. 5′ longa. 8‴ lata pilis sparsis, summa linearia. Stipul. lineares 4″ lg. Racemi e floribus paucis (in nostris), pedic. 2′ longis. Cal. strigosus 2″ lgus. Cor. calyce major basi aurantiaca.
2305. S. ANGUSTIFOLIA. *Murray. Cavan. W. E.* 720. Fol. media 1 — 2′ lg. 2 — 4″ lata.
2306. S. CARPINIFOLIA. *Linn. Suppl. W. E.* 720. Fol. 3′ lg. 1′ 3″ lt. Stipula una subintegerrima.
2307. S. RHOMBIFOLIA. *Linn. W. E.* 621. Fol. ut in seq. Calycis laciniae latae breviter acutae.
2308. S. SEMICRENATA. Foliis late lanceolatis obtusis crenatis basi integerrimis trinerviis, junioribus subtus tomentosis, pedunculis axillaribus unifloris, calycis laciniis longe acuminatis. Hab. in Manila ♃. C. Caulis erectus teres adultus glaber. Folia petiolo 4″ lgo., lamina 3′ lg. 1′ 6″ lt. obtusa antice inaequaliter crenata, juniora subtus tomento tenui. Stipulae lineares caducae. Ped. axillares 1′ 6″ lgi. Calyx subtomentosulus virens 4 — 5″ lgus laciniis longe acuminatis. Cor. flava parum calyce major. Fructum non vidimus.

2309. S. ACRANTHA. Foliis mediis oblongis obtusis antice acute crenatis summis lanceolatis acutis antice serratis, floribus terminalibus subsessilibus. Habit. in Brasilia. Sello. ♄. C. Caulis erectus ramosus teres pubescens. Fol. petiolo brevi 2″ longo media basi attenuata at subito desinentia inaequalia obtusa et fere retusa ad dimidium integerrima, superiora sensim sessilia angustata magis magisque serrata, omnia trinervia pubescentia. Stipulae 6′ longae vix 1″ latae hirtae. Flores in termino caulis conferti, pedicelli 1—2″ longi, bracteae lineares sparsae. Cal. hirtus 4—6″ longus, laciniae acuminatae. Cor. flava parum calyce major.

2310. S. SPIRAEIFOLIA. S. ulmifolia *W. E. S.* 49. Foliis oblongo-lanceolatis serratis basi integerrimis glabris, pedunculis axillaribus solitariis petiolo longioribus, calyce glabro, laciniis acuminatis. Hab.... ♄. C. Caulis ramosus erectus scaber. Fol. petiolo 4″ longo lamina 2′ 4″ longa 10″ lata acuta inaequaliter serrata. Stipulae 6′ longae vix 1″ latae longe acutatae. Ped. axillares solitarii 6″ longi. Cal. 5″, longus laciniis ovatis longe acutatis. Cor. calyce parum major flava. Capsula birostris.

2311. S. BRASILA. *Schrank. Hort. monac.* Foliis oblongo-lanceolatis serratis basi integerrimis subtus tomentosulis, pedunculis in ramulis confertis, calyce subtomentoso, laciniis acutis. Hab. in Brasilia ♃. C. Similis pr. forma foliorum, at folia subtus molli et tenui tomentosa vix candicantia. Ramulorum apices et pedunculi cano tomentosi, calyces subtomentosuli, laciniis acutis longe acutatis. Ped. 4′ longi. Cal. 3—4″ lgi. Cor. parum major flava.

2312. S. SPINOSA. *Linn. W. E.* 620. Verruca subpetiolis rigida.

2313 S. RECISA. Foliis subrhombeis retusis antice crenatis subtus subtomentosis, pedunculis petiolo longioribus. Hab. in Brasilia? ♃. C. Affinis S. retusae at pedunculi minores. Herba pilis stellulatis tecta. Petioli 4″ longi. Fol. 1′ longa 1′ 2″ lata. Stipulae lineares. Ped. solitarii 4—5″ longi. Cal. laciniae breviter acutae. Caps. non rostrata.

2314. S. EROSA. Foliis rhombeis basi attenuatis antice serrato-dentatis subtus subtomentosis, pedunculis petiolo brevioribus. Hab. in Brasilia ♃. C. Herba pilis stellatis tecta. Caulis erectus strictus. Petioli

2—3″ longi. Folia 1′ 2″ longa et lata basi integerrima antice inaequaliter dentato-serrata, subtus molli subtomentosa. Stipulae lineares 4″ longae deciduae. Ped. 2 - 3″ longi basi bracteolis 2 linearibus. Cal. subtomentosus laciniis breviter acutis. Cor. calyce parum major flava. Caps. birostris.

2315. S. CILIARIS. *Linn. W. Sp.* 3. 740. Hab. in Antillis ♄. C. Folia elliptica retusa antice serrata. Petioli et stipulae ciliati. Fl. terminalis sessilis. Cor. sanguinea.

B. Folia cordata integerrima.

2316. S. PERIPLOCIFOLIA. *Linn. W. E.* 721. Folia longissime acuminata subtus tomentosa.

2317. S. NUDIFLORA. *L'Herit. W. E.* 720. S. periplocifolia *β. Linn. Sp.* 963. S. stellata *Cavan. Diss.* 1. 27. *t.* 6. *f.* 4. Hab. in America calidiore ♃. T. Folia brevius acuminata, saepe crenata.

2318. S. POLYANTHA. *Schlechtend.* Foliis cordatis breve acuminatis subcrenulatis utrinque tenuissime tomentosis virentibus, panicula aphylla. Hab. . . . ♄. C. Valde affinis pr. at folia brevius acuminata subtus incano-tomentosa. Cor. minor, flavissima. Caps. non rostratae.

2319. S. CONTRACTA. Fol. cordatis acuminatis repandis subtus cano-tomentosis, panicula contracta bracteolata. Hab. in Madagascar ♄. C. Fol. ut in S. nudiflora, rarius crenata. Panicula contracta. Cal. tomentosus. Fl. perierunt.

2320. S. HERNANDIOIDES. *L'Herit. W. Sp.* 3. 742. *E. S.* 49. Hab. in Hispaniola ♄. C. Aff. pr. folia majora utrinque virentia.

C. Folia cordata crenata saepe angulata.

a. Pedunculi uniflori axillares.

2321. S. INCANA. Caule subtriquetro, foliis incano tomentosis subacuminatis acute crenulatis, pedunculis petiolo suo longioribus, calycibus capsulisque muticis tomentosis. Hab. in insulis Sandwich ♄. C. Valde affinis seq. Caulis subtriqueter incanus. Petioli foliorum mediorum 1′ 6″ longi. Stipulae lineares 2″ lgae caducae. Ped. 1′ 2″ longi. Cal. 2″ longus laciniis acutis. Cor. calyce parum major flava.

322. S. TRIQUETRA. *Linn. W. Sp.* 3. 743. *E. S.* 49. Hab. in America calidiore ♄. C. Herba incana. Caulis exacte triqueter. Folia majora ac in pr. magis acuminata, pet. 2—3′ longi, ped. 1′ 6″ longi.

323. S. LASIOSTEGA. Caule subtereti, foliis subtus canescenti tomentosis acuminatis, pedunculis petiolo suo longioribus, calycibus capsulisque muticis tomentoso-villosis. Hab. in Brasilia ♄. C. Caulis subincano-tomentosus. Pet. foliorum mediorum 2′ longi. Folia supra virentia tenuissime tomentosa. Stipulae lineares 2″ longae. Ped. 1′ 2″ longi. Cal. 2″ longi laciniis subacuminatis. Cor. calyce parum major flava.

324. S. VESICARIA. *Cavan. W. E.* 725. Capsulae inflatae.

325. S. CRISPA. *Linn. W. E.* 721. Capsulae crispae.

326. S. HUMILIS. *Cavan. W. E.* 721. S. unilocularis *L'Herit. stirp.* 1. 117. *t.* 53. S. pilosa *Retz. obs.* 1. 23.

327. S. VIRGATA. *Cavan. W. E.* 721. Folia subtomentosa. Cal. incano-tomentosus, laciniis acuminatis. Pet. minora flava.

328. S. MAURITIANA. *Jacq. W. E.* 721. Folia praesertim subtus incana. Caps. longe birostres.

329. S. ASIATICA. *Linn. W. E.* 722. Fol. utrinque tomentosa rugosa minus acuminata. Capsulae denso tomento involutae.

330. S. GLAUCA. *Cavan. W. E.* 722. Herba tomentosa at simul pilis longioribus patulis.

330. S. ALBIDA. *W. E.* 722. Fol. 1′ 3″ longa 1′ lata acuminata sublobata.

331. S HIRTA. *Cavan. W. E.* 723. Herba tomentosa virescens et pilis patulis. Cor. magna 1′ longa flava fundo atropurpureo.

332. S. PERMOLLIS. *W. E.* 723. Herba tomentosa at virescens, folia mollissima.

333. S. POPULIFOLIA. *Cavan. W. Sp.* 3. 751. *E. S.* 49. Hab. in India orientali ⊙. C. Folia mollissima ut in pr. at magis acuminata.

334. S. INDICA. *Linn. W. Sp.* 3. 752. Hab. in India orientali ⊙. C. Affinis pr. Capsulae calyce longiores.

2335. S. AURITA. *Wallich.* Herba tomentosa superne pilis patulis, foliis acuminatis dentatis subtus incanis, pedunculis petiolo longioribus, petalis reflexis, capsulis muticis. Hab. . . . ♄. C. Caulis erectus angulatus. Folia petiolo 2′ lgo. lamina 2′ 2″ lga. 1′ 10″ lata mollissima. Stipulae lanceolatae basi dilatatae auriculatae denticulatae caducae 3″ longae. Ped. 1′ 4″ longi. Cal. laciniis 4″ longis 2″ latis acutis. Cor. 6″ longa petalis ovatis auranjiaco-striatis. Capsulae vestitae uti herba.

2336. S. PERIPTERA. *Bot. Mag.* 1644. Hab. . . . ♄. C. Herba tomentosa at virens. Fol. saepe hastata. Petala conniventia rubra. Columna staminifera exserta.

2337. S. ROTUNDIFOLIA. *Cavan. W. E.* 723. Herba tomentoso-pilosa virens. Cor. purpurascens. Caps. birostres, rostris calyce longioribus.

2338. S. ABUTILON. *Linn. W. E.* 722.

2339. S. TILIAEFOLIA. *W. E.* 722. Aff. at pr. sinu baseos foliorum dilatato.

2340. S. PURPURASCENS. Herba tomentosa virente, foliis acuminatis crenato-denticulatis, pedunculis petiolo parum longioribus. Hab. in Brasilia ♄. C. Caulis erectus ramosus teres superne flavescenti-tomentosus. Fol. petiolo longo ipsa permagna mollissima virentia nervis subtus flavicantibus. Ped. 1′ lg. Cal. 3″ longus laciniis lanceolatis acutis tomentosis. Petala 8″ longa ungue angusto lamina dilatata. Fructum non vidi.

2341. S. MALACOPHYLLA. *Pl. sel. Hort. berol. fasc.* 5. Hab. in Brasilia ♄. C. Aff. pr. Cor. purpurea. Fol. non acuminata.

2342. S. ARBOREA. *Linn. Suppl. W. Sp.* 3. 748. *E. S.* 49. *c. descr.* Folia subtriloba. Cor. maxima ad 2′ longa purpurascens.

2343. S. ARGUTA. *Fischer.* Caule verruculato pubescente, foliis cordate lanceolatis acuminatis acute crenatis pubescentibus, pedunculis filiformibus petiolo suo parum longioribus. Hab. in Brasilia ♄. C. Caulis erectus ramosus, verruculis scaber et pilis parvis sparsis. Fol. pet. 1′ 6″ longo lamina 3′ et ultra lga. 1′ 8″ lata longe acuminata inaequaliter acute crenata. Stipulae 4—5″ longae angustissimae. Pedunculi in ramis axillaribus 6—8″ longis basi stipulis fulti. Cal. [illegible]niis 3″ longis acuminatis. Petala parum calyce [illegible]a flava. Fructum non vidi.

β. Flores racemosi, paniculati, subcapitati.

2344. S. UMBELLATA. *Linn. W. E.* 724. Ped. axillares umbelliferi.

2345. S. CORNUTA. *Humboldt. W. E.* 724. Fl. terminales subcorymbosi.

2346. S. PANICULATA. *Linn. W. Sp.* 3. 760. Habitat in Jamaica ♄. C. Cor atropurpurea reflexa.

2347. S. GRANDIFOLIA. *W. E.* 724. Caulis pilis densis patentibus. Fol. maxima.

2348. S. MOLLICOMA. *W. E.* 725. Fol. 3′ longa 2′ 6″ lata angulata molli tomentosa supra virentia subtus incana, sinu baseos angusto profundo.

2349. S. PULCHELLA. *W. E. S.* 724. Fol. cordato lanceolata acute crenata, pilis stellatis sparsis virentia. Cor parva.

2350. S. CONFERTA. Herba tomentosa, foliis acutis crenatis rugosis, floribus subsessilibus aggregatis. Habitat in Brasilia ♄. C. Caulis erectus ramosus teres flaventi tomentosus. Fol. petiolo 1′ 4″ longo lamina 3′ 4″ longa 2′ 4″ lata breviter acuta obtuse crenata praesertim subtus e flavicanti tomentosa. Stipulae 4—5″ longae lineares caducae. Flores sessiles aut pedunculis 2″ longis, terminales et axillares aggregati, illi copiosiores, stipulis et bracteolis mixti. Cal. 2—3′ longus, dense tomentosus laciniis acutis. Cor. calyce parum longior obscure flava.

D. *Folia lobata, palmatava.*

2351. S. TRILOBA. *Cavan. W. E.* 726. Fol. triloba. Cor. alba.

2352. S. OCCIDENTALIS. *Linn. W. Sp.* 3. 749. Hab. in America ☉. C Fol. cordata 5 loba lobis acuminatis. Cor. violacea.

2353. S. JATROPHOIDES. *L'Herit. W. E.* 726. Cor. violacea.

2354. S. NAPAEA. *Cavan. W. E.* 726. Napaea hermaphrodita *Linn. Sp.* 965. Fol. 5 loba.

2355. S. DIOICA. *Cavan. W. E.* 726. Napaea dioica *Linn. Sp.* 965. Fol. 7 partita.

340. ANODA.

Cavan. Diss. 1. *p.* 38.

2356. A. PARVIFLORA. *Cav. ic.* 5. *t.* 431. Sida

parviflora *W. E.* 726. Fol. hastata, maculata. Cor. coerulea ut in sequentibus, parva.

2357. A. HASTATA. *Cav. Diss.* 1. 38. *t.* 11. *f.* 2. Sida hastata *W. E.* 625. Fol. superiora hastata, inferiora lobata. Cor. 8″ longa.

2358. A. TRIANGULARIS. Sida triangularis *Humb. W. E.* 725. S. suberosa *Hort.* Fol subrhombea dentata. Cor. 6—7″ longa.

2359. A. DILLENIANA. *Cav. Diss.* 1. 40. *t.* 11. *f.* 1. Sida Dilleniana *W. E.* 725. Folia superiora subintegra. Cor. 1′ longa.

2360. A. CRISTATA. A. triloba *Cavan. Diss.* 1. 39. *t.* 10. *f.* 8. Sida cristata *Linn. W. E.* 725. Fol. superiora hastato-aurita. Cor. coerulea ultra 1′ longa.

341. PALAVIA.

Cavan. W. E. 727.

2361. P. MALVIFOLIA. *Cavan. W. E.* 727.

342. MALACHRA.

Linn. W. E. 727.

2362. M. CAPITATA. *Linn. W. E.* 727.
2363. M. ALCEAEFOLIA. *Linn. W. E.* 727.
2364. M. HEPTAPHYLLA. *Fischer. Hornem. hafn. Suppl.* 78. Hab. in Brasilia ⊙. C. Aff. pr. Caulis hispidus praesertim superne. Fol. 5 loba crispula.

343. ALTHAEA.

Linn. W. E. 727.

2365. A. OFFICINALIS. *Linn. W. E.* 727.
2366. A. NARBONENSIS. *Linn. W. E.* 727. Fol. ad basin 5 partita magna.
2367. A. CANNABINA. *Linn. W. E.* 727.
2368. A. HIRSUTA. *Linn. W. E.* 727.
2369. A. LUDWIGII. *Linn. W. Sp.* 3. 772. Hab. in Sicilia ⊙. D. Minor. pr.
2370. A. ROSEA. *Cavan. W. E.* 727. Alcea rosea *Linn.* 966.
2371. A. PALLIDA. *Waldst. Kit. W. E.* 727. Cor. purpurea petalis bilobis angustioribus ac in pr.
2372. A. FICIFOLIA. *Cavan. W. E.* 728. Alcea ficifolia *Linn. Sp.* 967.

344. MALVA.

Linn. W. E. 727.

A. Cor. flavis.

2374. M. SPICATA. *Linn. W. E.* 728. Fol. 1′ 8″ longa 1′ 4″ lata.

2375. M. OVATA. *Cavan. Diss.* 2. 81. *t.* 20. *f.* 2. M. spicata ovata *W. Sp.* 3. 774. Hab. in Jamaica ♄. C. Differt a pr. foliis dentatis nec crenatis longius acutatis, spica longiore densiore villosissima.

2376. M. BORBONICA. *W. E.* 728. Fol. superiora 2′ longa 1′ lata; grosse serrata; basi integerrima.

2377. M. COROMANDELIANA. *Linn. W. Sp.* 3. 776. M. americana *W. E.* 729. Hab. in Jamaicae graminosis ⊙. C. Hanc habet Willd. in herbario nomine M. americanae. Simillima pr. at flores terminales non ita in spicam producti; calyx pilis sparsis nec sericeo villosus.

2379. M. AMERICANA. *Linn. W. Sp.* 3. 776. Hab. in America ⊙. C. Fol. multo latiora ac in pr. ultra 2′ lata. Pedunculi axillares, inferiores solitarii longiusculi. Cor. flava.

2380. M. GANGETICA. *Linn. W. E.* 728. Simillima pr. at flores inferiores axillares sessiles. Difficillime dignoscuntur hae quatuor species.

2381. M. WALTHERIFOLIA. Foliis subcordatis acutis acute crenatis subtus tomentosis, floribus sessilibus; calycis interioris segmentis ovatis, exterioris phyllis angustissimis. Hab. in Java ♃. C. Folia subtus canescentia. Cor. flava calyce major.

2382. M. TRACHELIFOLIA. Foliis cordatis acuminatis serratis scabris; inferioribus lobatis; pedunculis axillaribus; floribus capitatis. Hab. . . . ⊙. C. Fol. pet. longo. Pedunculus 6″ longus. Fl. parvi. Cal. hirtus. Cor. calyce major.

B. Corollis rubris, albis miniatisve.

a. Calyce exteriore triphyllo separato.

2383. M. ANGUSTIFOLIA. *Cavan. W. E.* 729. Cor. purpurascens.

2384. M. PERUVIANA. *Linn. W. Sp.* 3. 778. Hab. in Peru ⊙. D. Cor. rubra.

2385. M. LIMENSIS. *Linn.* *W.* *E.* 729. Coe-
rulea.
2386. M. ASPERRIMA. *Jacq.* *W.* *E.* 730. Fol
lobata rugosissima asperrima.
2387. M. UMBELLATA. *Cavan.* *W.* *E.* 729.
5 angularia scabriuscula. Cor. purpurea 1' long
2388. M. ABUTILOIDES. *Linn.* *W.* *E.* 729. 1
dense tomentosa. Cor. purpurea 5''' longa.
2389. M. LACTEA. *Ait.* *W.* *E.* 729. Folia
loba. Cor. alba.
2390. M. CAPENSIS. *Linn.* *Syst.* *W.* *E.* 730.
minora ac in pr. laciniis magis acutatis. Cor. r
2391. M. BALSAMICA. *Jacq.* *W.* *E.* 730. Fol.
fundius sinuata ac in pr. Cor. rubra.
2392. M. GROSSULARIFOLIA. *Cav.* *W.* *Sp.* 3.
M. capensis *β.* *Linn.* *Sp.* 968. Hab. in Pr. b.
♄. C. Fol. ut in M. capensi at acute crenata.
rubra.
2393. M. OXYACANTHOIDES. *Hornem.* *hafn*
654. Hab. . . . ♄. T. Fol. Mespili Oxyacan
glabra.
2394. M. VIRGATA. *Murray.* *Cavan.* *W.* *E.*
M. capensis *Linn.* *Sp.* 968. Folia profundius pa
ac in pr. Cor. incarnata maculis obscuris.
2395. M. DIVARICATA. *Andr.* *W.* *E.* 730.
laciniae angustae. Cor. alba baseos maculis et s
sanguineis.
2396. M. MINIATA. *Cavan.* *W.* *E.* 730. Cor.
niata.
2397. M. CAROLINIANA. *Linn.* *W.* *E.* 731.
incisa. M. decumbens *W.* *E.* 731. vix differt.
2398. M. PARVIFLORA. *Linn.* *W.* *E.* 731.
glaber.
2399. M. MICROCARPA. *W.* *E.* *S.* 49. *Pers.*
2. 251. Valde similis pr. at decumbens.
2400. M. HENNINGII. *Hornem.* *hafn.* *Suppl.* 79.
bitat prope Moscuam ⊙. D. Simillima pr. nec
calyx pilis longis sparsis.
2401. M. NICAEENSIS. *Vahl.* *W.* *E.* 731. C
procumbens quo differt a M. verticillata. Cor.
jor ac in pr.
2402. M. LEPROSA. *Ortega.* *W.* *E.* 730. H
membrana leprosa tecta e pilis stellatis contexta.
2403. M. SHERARDIANA. *Linn.* *W.* *Sp.* 3.

. *S.* 49. Hab. in Bithynia ♃. D. Fol. subro-
nda crenata. Cal. tomentosus.
.. M. ROTUNDIFOLIA. *Linn. W. E.* 731.
. M. SYLVESTRIS. *Linn. W. E.* 731.
. M. MAURITIANA. *Linn. W. E.* 731.
. M. VERTICILLATA. *Linn. W. E.* 731.
. M. CRISPA. *Linn. W. E.* 732.
. M. ALCEA. *Linn. W. E.* 732. Cal. pilis stel-
tis accumbentibus.
. M. MORENI. *Pollin. Hornem. hafn. Suppl.* 149.
ab. in Monte Baldo ♃. T. Fol. subreniformia cre-
ato-inciso-lobata. Cor. purpurascens magna 1′ 3″
nga.

b. Calyce exteriore diphyllo.

. M. TOURNEFORTIANA. *Linn. W. E.* 732.
ol. laciniis angustis. Cor. magna.
. M. AEGYPTIA. *Linn. W. E.* 732. Fol. la-
niis angustis. Cor. parva. Non confundenda cum
. Althaea Ludwigii.

. Cal. exteriore triphyllo cum interiore connato.

. M. ANOMALA. *Pl. sel. Hort. ber. t.* 22. Hab.
Pr. b. sp. ♃. T.

364. LAVATERA.

Linn. W. E. 732.

A. Caule fruticoso.

4. L. ARBOREA. *Linn. W. E.* 732. Biennis. Te-
ui tomentosa, foliorum lobis acutis. Pedunculi axil-
ares.
5. L. MICANS. *Linn. W. E.* 732. Pr. affinis,
acemi terminales.
6. L. HISPIDA. *Linn. W. E.* 733. Caulis to-
nentoso pilosus. Fol. lobus medius valde productus.
7. L. OLBIA. *Linn. W. E.* 733. Fol. lobis acu-
is medio parum producto.
8. L. UNGUICULATA. *Desf. Pers. syn.* 2. 252.
Hab. . . . ♄. T. Affin. pr. Petala longe unguicu-
ata.
9. L. TRILOBA. *Linn. W. Sp.* 3. 794. Hab. in
Hispania, Gallia australi ♄. T. Fol. lobis rotun-
datis.

2420. L. LUSITANICA. *Linn. W. Sp.* 3. 795. Hal in Lusitania non inventa ♄. T. Fol. minus l ac in pr. An diversa?

2421. L. MARITIMA. *Cavan. W. E.* 733. Fol. nora ac in pr. et flores minores.

B. Caule herbaceo.

2422. L. THURINGIACA. *Linn. W. E.* 733.

2423. L. CRETICA. *Linn. W. E.* 733. Cor. 5″ longa

2424. L. LANCEOLATA. *W. E.* 733. Fol. su stata.

2425. L. TRIMESTRIS. *Linn. W. E.* 734.

2426. L. PHOENICEA. *Venten. W. E. S.* 49. profunde 5 loba, lobis acutis dentatis.

265. RUIZIA.

Cavan. W. Sp. 3. 798.

2427. R. VARIABILIS. *Jacq. W. Sp.* 3. 799. in insula Borbonia ♄. C. Habemus plantam, omnibus similibus latioribus, an diversa?

366. MALOPE.

Linn. W. Sp. 3. 799.

2428. M. TRIFIDA. *Cavan. W. Sp.* 3. 799. in Hispania, Lusitania ⊙. T. Fol. trifida, corollae pureae magnae.

2429. M. MALACOIDES. *Linn. W. Sp.* 3. 799. in Italia ⊙. T. Fol. integra. Cor. purpurea mi ac in pr.

367. KITAIBELIA.

W. E. 734.

2430. K. VITIFOLIA. *W. E.* 734. Cor. alba.

368. URENA.

Linn. W. E. 734.

2431. U. LOBATA. *Linn. W. E.* 734. Fol. angul subsinuata.

2432. U. SINUATA. *Linn. W. E.* 734. Fol. sinu palmata.

369. GOSSYPIUM.

Linn. W. E. 734.

. G. HERBACEUM. *Linn. W. E.* 734.
. G. INDICUM. *Enc. meth. W. Sp.* 3. 803.
ıb. in India orientali ♄. C. Caulis punctis nigris
besrentibus. Lobi foliorum obtusati et obtusi.
. G. ARBOREUM. *Linn. W. Sp.* 3. 801. Hab.
America meridionali ♄. C. Simillimum G. her-
ceo lobis foliorum obtusatis at arboreum.
. G. VITIFOLIUM. *Enc. W. Sp.* 3. 803. Hab.
India orientali ♄. C. Lobi foliorum longe acutati,
r. longissima.
. G. HIRSUTUM. *Linn. W. E.* 734. Fol. su-
riora cordata integra.
. G. RELIGIOSUM. *Linn. W. E.* 735. Folia
ajora ac in G. herbaceo, lobi longius acuminati at
inus ac in G. vitifolio.
. G. LATIFOLIUM. *Murray. W. Sp.* 3. 806.
ıb. . . . ♄. C. Folia triloba subtriloba et indivisa,
si ovata.
. G. BARBADENSE. *Linn. W. E.* 730. Folia
ıgna 5 loba, subtus glandulis tribus.

370. PAVONIA.

Linn. W. E. 738.

. P. PRAEMORSA. *W. E.* 738. P. cuneifolia
v. Diss. 3. 139. *t.* 45. *f.* 1. *Diss.* 6. 351. Hibis-
s praemorsus *Linn. Suppl.* 309. Cor. flava, exsic-
tione virens.
. P. SPINIFEX. *Cavan. W. E.* 738. Hibiscus
inifex *Linn. Sp.* 973. Fol. cordata. Capsularum
istae rigidae.
. P. ODORATA. *W. Sp.* 3. 837. Hab. in In-
a orientali ♄. C. Fol. subrotundata integra angu-
aque denticulata pubescentia, pedunculi axillares
iflori, calyx exterior polyphyllus hirsutus, cor.
rpurascens 8″ longa.
. P. COLUMELLA. *Cavan. W. E.* 738. Folia
bis longe a uminatis. Ped. triflori, flores subsessi-
. Cor. alba.
6. P. PILOSA. *W. E. S.* 50. Caulis pilis patu-
s basi bulbosis superne strigosis. Fol. inferiora cor-
ata crenata, tum lobata, superiora palmata serrata

summma subpinnatifida, omnia hirta. Fl. terminales capitati. Flos non explicatus visus.

2447. P. PLATANIFOLIA. *W. E. S.* 50. *Mag. d. naturforschenden. Gesellschaft* 4. 219. Pl. acerifolia *Pl. sel. Hort. ber. t.* 1. Hab. in India occidentali ♃. C.

2448. P. ZEYLANICA. *Cavan. W. E.* 738. Folia palmata ad basin partita.

372. ACHANIA.

Ait. W. E. 738.

2449. A. MALVAVISCUS. *Ait. W. E.* 73. 8. Hibiscus Malvaviscus *Linn. Sp.* 981. Malvaviscus arboreus *Cavan. Diss.* 3. 131. *t.* 48. *f.* 1.

2450. A. MOLLIS. *Ait. W. Sp.* 3. 839. Hab. in America ♄. C. Aff. pr. cal. ext. patulus.

373. STUARTIA.

Linn. W. Sp. 3. 840.

2451. ST. MALACODENDRON. *Linn. W. Sp.* 3. 840. Hab. in Carolina ♄. T. Fol. 2′ 6″ lga. 1′ 3″ lt. acuta basi attenuata subtus tomento ferrugineo. Cor. ultra 1′ longa.

2452. ST. PENTAGYNA. *L'Herit. W. Sp.* 3. 840. Hab. in Virginia ♄. C. Aff. pr. at pentagyna.

374. GORDONIA.

Linn. W. Sp. 3. 840.

2453. G. LASIANTHUS. *Linn. W. Sp.* 3. 840, Hab. in Carolina ♄. T. Fol. laurina 5′ 6″ lga. 2′ lata basi attenuata acuta coriacea serrulata. Cor. ultra 1′ lga. cal. subtomentoso villoso.

2454. G. PUBESCENS. *Linn. W. Sp.* 3. 841. Hab. in Carolina meridionali ♄. C. Aff. pr. folia subtus pubescentia.

2455. G, FRANKLINIA. *L'Herit. W. Sp.* 3. 841. Habitat in Carolina meridionali ♄. T.

375. HIBISCUS.

Linn. W. E. 735.

A. Cal. exteriore polyphyllo ultra 5phyllo.

2456. H. MOSCHENTOS. *Linn. W. Sp.* 3. 8[illegible] Hab. in Canada, Virginia ♃. T. Folia integra [illegible]

ferme candicantia, tomento subtilissimo. Cor. 3—4 longa flava.

2457. H. GRANDIFLORUS. *Michaux. Pursh. amer.* 1. 455. Hab. in Georgia, Florida ♄. C. Folia 3—5 loba utrinque tomentosa subtus magis candicantia.

2458. H. PALUSTRIS. *Linn. W. E.* 736. Aff. H. Moschentos at folia subtriloba.

2459. H. MILITARIS. *Cavan. W. Sp.* 3. 808. Hab. in Luisiana ♃. D. Fol. hastata glabra. Cor. magna.

2460. H. LAMPAS. *Cavan. W. Sp.* 3. 811. *E. S.* 60. Hab. in Philippinis ♄. C. Fol. tricuspidata. Cal. exterior brevissimus.

2461. H. MACROPHYLLUS. *Roxb. Hornem. hafn. Suppl.* 149. Hab. in India orientali ♄. C.

2462. H. ROSA SINENSIS. *Linn. W. E.* 939. cum varietatibus.

2463. H. PHOENICEUS. *Linn. W. E.* 736.

2464. H. HIRTUS. *Linn. Cav. Diss.* 3. 156. *t.* 67. *f.* 3. H. phoeniceus *β. W. Sp.* 3. 814. Hab. in India orientali ♃. C. Diversus a pr. Fol. grosse acute crenata interdum sublobata.

2465. H. AETHIOPICUS. *Linn. W. Sp.* 3. 816. Habitat in Prom. b sp. ♄. T. Fol. integra. Cal. exterior hispidus. Cor. flavissima 8″ longa.

2466. H. MUTABILIS. *Linn. W. E.* 736. Fol. 5 loba utrinque tenui tomentosa. Cor. magna.

2467. H. SYRIACUS. *Linn. W. E.* 736. cum varietatibus.

2468 H. FURCATUS. *W. E.* 736. Caulis pilis patulis verruculis acutis rubris. Fol. 1′ 8″ longa 1′ 6″ lata subtriloba. Fl. sessiles. Cor. 1′ 3′ longa flava fundo-atropurpureo.

2469. H. DIVERSIFOLIUS. *Jacq. W. E.* 737. H. ficulneus *Cavan. Diss.* 3. 148. *t.* 61. *f.* 2. Caulis aculeatus. Folia 3—5 loba magna. Cor. ad 2′ lga. albido violacea fundo atropurpureo.

